

a ¶ Ipso iure nulla. Ecce clausulam decreti annullatiam, & significat formam supra traditam, ad not. in c. cum dilecta de rescriptis per Fely. Et videtur, quod liceat contrauenire proprio instrumento, seu contractui, quia est inducta fauore publico secundum aliquos, ad ea, quae ponit Bart. in l. post mortem in principio verficu. 2. casu. ff. de adop. quinimo ubi actus fit contra legem licitum est eidem contrauenire, & contra suam confessionem allegare l. quoadmodum. C. de agricol. & cens. l. i. i. u. bemus. §. sanè. C. de sacros. eccles. ubi maximè quando agitur de publica utilitate, prout Bart. ponderat. Alex. in l. si donatione. C. de collat. 4. col. ubi etiam in col. penul. & Iaf. in Rep. l. frater. à fratre. col. penul. ff. de cond. indeb. Alex. conf. 133. nu. 6. vol. 1. dātes exemplum in donatione facta absque insinuatione quando esset ultra quingentos solidos. Et si tenemus opin. Federici de Senis col. 172. & Imo. in c. cum contingat char. 57. de iure iur. hoc etiam procedit quando instrumentum esset iuratum, & refert Iaf. in d. l. si don. col. fin. quoniam ex tali contractu contra legis prohibitionem non oritur, neque civilis, neque naturalis obligatio, Bart. in l. i. ff. de noua. Alex. col. fil. 123. col. 3. vol. 1.

b ¶ A iure. De quibus apud Bart. in l. post contractum. ff. de donat. & extat. tractatus Bartolomei Cepolae vulgarissimus, ad quae loca recurrendum est, & ibi satis habetur eadem decisio quam ultra alios casus à iure prouisos putauerunt isti Domini officiales et-

dentibus non presentatis ac registratis, & dictis iuramentis non praestitis, & aliis praedictis non seruatis, ut supra, tales alienationes: ac sententiae, & insolutum dationes, & adiudicationes bonorum immobilium, praedictorum fumantium soluere debentur collectas, & onera: ut supra: nec non instrumenta: & sententiae exinde facta & secuta: & quaelibet eorum sint ipso iure nulla: & nullius ualoris. Et nihilominus etiam dicta bona remaneant: & subiaceant obligata oneribus, & grauaminibus in ipsa uniuersitate in qua situata erunt, tamquam bona fumantium praedictorum, ad quemcunque etiam transfuerint successorem uniuersalem: siue particularem: unum siue plures: secularem, uel Ecclesiasticum: & medietate siue immediate Sententiae, & alienationibus praedictis, ut supra aliter, aut alio modo, & non seruatis omnibus, & singulis suprascriptis factis: seu latis nequaquam obstantibus.

¶ Addentes etiam dicti Domini Officiales, quod ultra alios casus iure traditos, si post alienationem de dictis bonis, siue, ut supra aliter facta per praefatos fumantes: & soluere debentes onera: ut supra alicui non obligato ad onera praedicta: ut supra conferre, alius quam alienans res alienatas laboraret, & ipse alienans per se: uel per alium, siue alios fructus recepit dictae rei alienatae in totum: uel pro parte, uoluerunt, & ex nunc declarauerunt, quod dicta alienatio censeatur facta: & simulata, & in fraudem facta: & ipso iure esse nullam: & inualem.

¶ Et si qui reperti fuerint modo aliquo, ratione, vel causa committentes aliqua fraudem: fictionem, vel deceptionem in praedictis, vel aliquo praedictorum, siue depradare: siue alio modo: statuerunt dicti Domini Officiales, quod alienans, siue alienantes aliquam rem immobilem, ut supra in fraudem: & deceptionem cadat in poenam amissionis precii rei alienatae per eum, uel per eos, & seu in poenam totidem precii praedicti, & recipiens: seu recipientes talem, seu dictam rem cadat ipso iure in poenam amissionis rei, per eum acquisita, ut supra: ac liceat, & licitum sit unicuique denunciare contrafacientes in praemissis, aut aliquo praedictorum: Et teneatur in secreto si sibi placuerit. ¶ Quae poena, & poena pro dimidia parte applicetur uniuersitati ubi dicta bona sunt situata, & pro reliqua dimidia Camerae Communis Bonon. applicetur.

¶ Prouidentes etiam dicti Domini Officiales, quod in causa cuiuslibet fraudis, seu deceptionis inde, & pro praedictis, aut aliquo praedictorum fienda, & seu alleganda, aut denuncianda possit, & teneatur quilibet Potestas, Iudex, seu Officialis Communis Bononiae in Ciuilibus, seu Criminalibus ad petitionem, & instantiam cuiuscunque suum interesse praetendentis,

se, ut patet dum Bart. col. 3. allegat. l. litibus. C. de agric. & censitis. Et caue quia in hoc §. punitur fraus, & simulatio, & ita punitur dolo se agentes non sic ubi uer-

ditio uera fuisset, nullis tamen solemnibus adhibitis de quibus supra, ut sepe accidere uidem.

a ¶ Non inuestiret. Pondera, quod non solum ex necessaria causa alienatio permittitur, sed etiam uoluntaria, utili tamen: potest ergo rusticus uendere meliora sibi prospiciendo, ut alia bona immobilia emat, forte fertilia, uel commodiora, & in hoc differt à conditione minorum quorum bona nequeunt alienari, nisi ex causa urgente. l. magis puto. §. si. l. si fundus sterilis. ff. de rebus eorum, & haec est ratio differentiae, quia nihil deperit communi, nec camerae, quia nihilominus soluet collectam de nouiter acquisito. Et intellige hunc §. loqui, quando contenta in proclamantibus non obseruaret, ut si proposuit se uelle inuestire precium, uel soluere debita, & non soluisset, sed in alios usus conuertisset.

b ¶ Res ipsa. sunt qui, & non inuisse intelligant quod emptor, & possessor dictae rei tenetur ad collectam, cum ipsa res sit apud ipsum; unde inferunt necessario, quod camerae habebit duas collectas pro eadem re, alteram ab ipso uenditore, ut litera dicit aperte.

Sed miror, si hoc sit uerum, quia non consonat auribus, unde intelligo, quod alienans ipse obstrictus remaneat propter ipsam rem ad quacunque personam transeat, & haec sit poena ipsius alienantis, non seruatis his, quae in proclamantibus pollicitus fuerat.

Sic poena acquirētis est dupli precii, alias sequetur, data intelligentia illorum, quod nullam poenam pateretur alienans cum apud se habeat pre-

tium, & tamen magis peccat eludendo proclamata, quam ipse acquirens, contra. l. nam abfurdum ad carboninā, uoluerunt isti domini, quod huiusmodi in casu onus ex parte rei, ad praedictum uenditoris dicatur in effectu reale.

¶ Posidere desierit. scilicet uerè, & proprie, nam sicte pro possessore habendus est ad solutionem collectae, regula pro possessore de reg. iur. in vi. ¶ Acquirens. Caua, quia uidetur, quod deterioris conditionis sit acquirens in hoc casu, quam alienans. Acquirens enim onera, & collectas sustinet, & ad duplum tenetur precii iam soluti. At alienans tantum ad collectas condemnatur. Pondera, & quod non sufficiat facta proclamata in quibus sint expresse causae urgentes, & honestae &c, sed oportet, quod cum effectu adimpleantur per ipsum uenditorem, & quod hoc pertineat ad curam, & diligentiam ipsius emptoris, quoniam si non sint adimpleta uides quod ipse punitur in duplum, cum alias culpam non prius commississet in negotio, quod est magnum dictum profectò, simile reperitur in emente à pupillo, & cum tutoris auctoritate, quia cura re habet, quod ex pecunia illa efficiatur locuplex, alias potest agere, ad §. si. in li. quibus ali. licet ut non.

tis, aut alterius cuiuscunque notificatis, procedere: cognoscere: terminare, & decidere, summarie, simpliciter, & de facto, sola facti ueritate inspecta, reiectis quibuscunque cauillationibus, & quolibet die, & tempore, & tam feriato ac solemnium quam iuridico, seruata, & non seruata forma iuris, & Statutorum Communis Bonon. dummodo contra. uel praeter formam praesentium Prouisionum non iudicet, aut pronunciet: uel eodem ret.

c ¶ Addicientes quod si aliquis soluere debens Collectas, & onera in Guardia seu territorio Bon. alienaret aliqua sua bona immobilia in Guardia, seu Territorio praedicto situata alicui, uel aliquibus non solventibus in ipsa Guardia, uel Territorio onera realia, & precium ipsius rei non inuestiret in alia re, uel in aliis rebus immobilibus etiam, ut supra situatis, aut illud in satisfactionem suorum debitorum, uel in dotando mulieres descendentes: uel collaterales suas, seu pro alia notabili, oportuna, uel euidenti necessitate, euidenter cum effectu non conuerteret (De quibus omnibus fieri debeat mentio, & omnino apparere in instrumento alienationis, ut supra) quod etiam talis alienatio sit ipso iure nulla, & nihilominus res ipsa sic alienata contra dictam formam subiaceat oneribus, & collectis in dicta terra, ad quemcunque etiam transfuerit successorem, mediate, uel immediate, ut supra, perinde ac si alienata non fuisset. Et etiam dictus alienans quauis possidere desierit dicta bona, collectas & onera ex eis soluere teneatur, & ad eas, & ea soluenda cogi, & compelli possit ac si non alienasset, & ac si ut primitus bona praedicta possideret. Et etiam acquirens dictam rem, & seu dicta bona, ut supra incurrat ipso iure poenam dupli precii,

d ¶ Dupli. Quoad totum est poena, quia iam precium praesupponitur solutum uenditori, & pe-

nes illum remanere ha-
bet ex quo aliud nō ex-
primitur, hoc autem
duplū soluitur uniuersu-
sitati, & denunciatori,
uel cameræ in defectū
denunciatoris, ut su-
pra. §. & si qui, versic.
quæ pœna, unde uide-
tur cessare illa regula,
quæ habet, quod in du-
plo inest simplum, iu-
xta. l. hoc ædicto §. fin.
ff. de publicanis, ubi
Bart. dicit ibi esse ca-
sum, quod in statuto in
dubio i duplo inest sim-
plum, ita aliqui puta-
bant. Et ad tex. illum
respondebant, quod lo-
quebatur quādo & sim-
plum, & duplum parti
prestandum ueniebat,
hoc autem casu aliud
est. Ego uero non au-
deo discedere à regula
supra dicta, quam ma-
gis cōmuniter appro-
bant Doct. ut habetur
apud Iasonem in §. sic
itaquē in 4. not. in li.
de act. cogita. tamen.

minos Officiales exoneratæ, & exonerata ab æstimis pro rata ipsorum bonorum alie-
natorum, vel acquiritorum, ut supra: Et etiam quæ in futurum, aut interim quouis iu-
re acquisita erunt per non soluentes, & seu soluere non debentes, ut supra, collectas, &
onera à sumantibus, & seu soluere debentibus, ut supra collectas, & usquequo præsen-
tes Prouisiones fuerint depositæ ad Cameram actorum Communis Bononiæ, in quo-
rum bonorū alienationibus, & seu acquisitionibus solemnia, & requisita, ut supra non
interuenissent, vel facta fuissent in totum: seu pro parte, etiam voluerunt, & declaraue-
runt præfati Domini Officiales dictas huiusmodi alienationes: & acquisitiones bo-
norum prædictorum, & quaslibet earum per omnia valuisse, & valere perinde ac si
per omnia solemnia, & requisita prædicta interuenissent in eis, & circa eas.

Ita tamen, & cum hoc quod bona ipsa pro rata eorum æstimatorum sint, & remane-
ant affecta, & obligata uniuersitati, capellæ, & villæ, in qua sunt situata ad solutionem
collectarum, & onerum ex eis, & transeant cum onere collectarum, & onerum prædi-
cto ad quemcunquē peruenerint, seu peruenerint successorem, seu mediate, seu im-
mediate. Et super eis, & eorum fructibus, & redditibus fieri possit omnis exactio, ac
si, & prout nullatenus vendita, & alienata fuissent. Et hæc omnia tamen donec, & quo-
usque dictæ uniuersitates, & communia fuerint debet pro ab æstimis talium bonorū
exonerata per habentes, vel habituros ad prædicta potestatem, &c.

cii, & valoris dictæ rei, quæ pœna, & quæ pœnæ applicentur,
& diuidantur, ut supra proximè dictum est.

¶ Adiungentes tamen, ac limitates prædicta, & in prædictis,
quod nullitates contractuum, sententiarum, & instrumentorū,
atque solutiones onerum, & collectarum, & etiā pœnæ de qui-
bus in præfati capitulo, & in qualibet sui parte habetur men-
tio, nō habeant locū, neq; intelligantur in, & pro aliquibus bo-
nis immobilibus ex prædictis p quibus cōia, & seu uniuersita-
tes Guardix, Comitatus Bononiæ, ubi & seu in quibus dicta
bona sunt situata, fuerint p dictos dominos Officiales in refor-
matione præfati taxarū exonerata, & exoneratæ ab æstimis,
& pro æstimis dictorum bonorum, primitus dictis non solu-
entibus collectas, & onera, ut supra alienatorum, vel per ipsos nō
soluentes, ut supra quouis iure acquiritorum: sed immo cen-
seantur, & habeantur dictæ alienationes, contractus, & instru-
menta, sententiæ, acquisitiones dictorum bonorum pro legi-
timè factis: quamuis in eis, & circa eas non fuerint seruata, & fa-
cta solemnia prædicta, & quæ tam ex antiquis, quàm ex præsen-
tibus prouisionibus taxarum requirebantur, & requiruntur.

Pro illis uero bonis ex prædictis acquisitis quouis iure per
non soluentes collectas, & onera, ut supra à sumantibus, seu sol-
uere debentibus onera, & collectas ex forma præfentium pro-
uisionum ex & pro quibus communia, Capellæ, & uniuersita-
tes, in quibus dicta bona sunt situata non fuerint per dictos Do-

N DEI NOMINE AMEN, NOVERINT VNIVERSI PRAESEN-
tes inspecturi, &c. qualiter in Libro tertio Decretorum, & priuilegiorum in Ca-
mera actorum, seu archiuo publ. Mag.^o communitatis Ciuitatis Bonon. inter cœ-
tera fol. 48. reperitur infra scripti, seu Decretum, seu Prouisio tenoris.

Ioann. Card. Moronus Bonon. Legatus,



SATVIMVS, quod nullus Iudex ordinarius commissarius, vel
delegatus, quauis auctoritate, etiam Apostolica possit, aut va-
leat aliquem Reum sortem cum damnis expen. & interesse sol-
uere paratum, & se offerentem, in pœnis conuentionalibus, vel
legalibus condemnare, in eas uē incidisse declarare, nec, exequi:
sed articulus huiusmodi pœnarum sit, & esse censeatur reserua-
tus arbitrio & decisioni Illustris. Domini Legatti, seu Reueren-

disissimi Vicelegatti, vel Gubernatoris Bonon. pro tempore existentis, & hoc locum
habeat in præsentibus & futuris, ac præteritis nundum executioni demandantis, vel
aliter non sopitis.

¶ Item quia nobis semper æquitas placuit, & Rigor iuris displicuit, statuimus quod
ubi duo concurrunt creditores executionem, vel satisfactionem petentes in bonis cō-
munis debitoris: prior creditor præferatur posteriori respectu sortis tantum, & non
etiam pœnarum conuentionalium, vel legalium, sed prius satisfiat priori de sorte, &
deinde posteriori de sua sorte, quibus solutis in residuo bonorum fiat executio pœna-
rum prioris creditoris, & deinde secundi, casu quo Reuerendis. D. Legatus, seu Re-
uerendis. Dominus Vicelegatus, vel Gubernator pro tempore existens arbitraretur,
vel decideret locum esse pœnis prædictis, ut in præcedenti Statuto continetur.

Datum Bononiæ Die prima Iulii. M. D. XLVIII.

Diminutione. Consequenter et ex hac parte est favorabilis, cum eius contrarium odio sum sit, Bal. in l. contractus. C. de fide instr. cu quo tranfit Alex. in Rub. ff. solu. mat. nu. 22. licet ego non repererim locum Baldi, faciunt not. per Bar. in l. si pupillus. ff. ad l. falc. ubi in pulcra. q. concludit per eu. tex. quod quoties concurrunt duae causae illa praevalet quae tendit ad diminutionem Gabellae, tradit Rui. consi. 112. nu. 14. lib. v.

Iulius. Scilicet secundus huius nominis, hic fuit natione Lygur, patria Genuensis, Pij tertij successor, vir acri ingenio, animoq; minime abiecto. Bononiensem Ecclesiam subditam Benuolis, ac Benetiuolorum sequacibus minime parere volentibus, insigni triumpho inuectus est; multa etiam alia domis, forisq; preclara eius traduntur gesta, quae historia digna essent, hic liberatae civitati munificus fuit, multisq; angariis, & oneribus exemit, ac privilegiis decoravit quam pluribus. Hic in minoribus Julianus erat. constat enim nomina eorum qui ad Pontificatus apicem ascendunt, ut Vicarij Christi efficiuntur, petriq; successorum immutari, cum etiam Simoni impositum fuit nomen Petrus a Redemptore humani generis, vt habetur late per Glo. vj. decretalium in verbo Bonifacius, & apud Thaurin. in Rub. Digestorum. num. 56. vers. iuxta praedicta. dixi latius in apparatu privilegij Campetiorum in verbo leo.

Episcopus. Quare sic vocentur Summi Pontifices dixi pariter in praedicto apparatu in verbo Episcopus, habetur per Archi. in c. 1. de const. in vj. vbi dicit, quod aliquando vocat se Patriarcham, aliquando Pontificem, aliquando Papam Urbis Romae.

Seruatorum Dei. Qua voce usus fuit Gregorius Papa vt habetur in dicto proh. vj. ex maxima humilitate, qua fuerat praedictus ille sanctus, & vide gl. in c. quotiens cordis oculus prima q. vij. quae dicit quod Papa est seruus B. Petri, & sic infert, quod ideo dicatur seruus seruatorum, quia Petrus erat seruus Iesu Christi; & citat illa duo carmina. Seruauerant tibi Roma prius Domini dominorum, Seruatorum serui nunc tibi sunt domini, de quibus

meminit quoq; Archidiaconus in allegato prohem. **M**emoria. Dixi aliqua circa hanc consuetam clausulam in praedicto apparatu privilegiorum in glo. ad perpetuam, facit l. hac edictali. C. de secundis nuptis, & in extrauaganti, qui sint rebelles, cum similibus.

BVLLA Prima Iulij secundi continens concessionem quarundam gratiarum cum diminutione nonnullorum dationum, [Et qualiter in iure reddendo procedi debeat] Et Approbationes statutorum omnium ciuitatis Bononiae, praesertim communiu.

Iulius^b Episcopus, Seruus seruatorum Dei ad perpetuam rei Memoriae; Et si de cunctarum Ciuitatum temporali dominio Romane Ecclesiae subditaru statu pacifico, & tranquillo, & perspero, & felici regimine cogitare nos deceat, ad nostram tamen Ciuitatem Bononiae, cuius ecclesiae dum in minoribus essemus, & Cardinalatus fungeremur honore, pluribus annis praefuimus, illiusq; Ciuium, & Incolarum quietem tanto accuratius aciem nostrae considerationis intendere nos conuenit, quanto illa inter alias dictae Romanae eccle-

Et sic Bononia videtur subdita sedi Apostolicae, & Ciuitas Ecclesiae simpliciter dici, vocariq; debet, in eaque superior vnus sit Summus Pontifex. Et sciendum est, quod olim Rodolphus Rex Alemaniae, vt Specul. retulit titu. de rescrip. §. fina. versu. & sunt; de quo meminit etiam Ioan. de Imo. in Rub. de verb. oblig. num. 19. Et Firmamus in tract. de Gabell. in prima parte num. xij. eam ciuitatem Ecclesiae donauerat, quae & prius donata ei fuerat a Pipino Gallorum Rege, licet successiuis temporibus iussit a Tyrannis usurpata; Ideo donatio Constantini de qua in ca. Constantinus 96. distinct. quo ad hanc ciuitatem fuit potius confirmatoria, & renouatio quaedam, quam noua concessio. Si igitur ciuitas ista habere pretendit merum Imperium, illud ex concessione dicitur habere Pontificu. Nunquid autem Machinatores contra regentes ciuitate hanc, licet subditos Papae puniantur pena lesae maiestatis? Vide Paul. de Cast. in l. 3. versu. Item nota. C. de Episc. audi, qui dicit, quod sic, & signanter loquitur de ciuitate Bononiae. Refert etiam Fely. in c. cum non liceat. num. 14. de praescrip. & licet recognoscat superiorem, non tamen est, adeo subdita quin retineat aliquam libertatis speciem, forte ex pactis ab initio, & renouatis cum Papa Nicolao V. prout experimur ex variis signis. Et haec possunt simul stare, vt tradit Petrus Anch. consi. 438. Ista sententia, allegando. l. non dubito. ff. de cap. & postli. reuersis: quod nota.

Honore. Et supple dignitate, quia sunt illustres, gradus, cum similes sunt praefectis Pretorio, vt gl. dicit in l. vnica. ff. de off. pref. Praetor. & quid mirum cum ipse solus clericatus honor sit, atque dignitas. l. 2. C. de Episc. & Cler. & ibi not. Paul. & ibi appostillator congerit iura, & authoritates Facit illud. Ego dixi vos Dii estis, & illud. Nolite tangere Christianos meos.

a ¶ Insignis. Maxime ob studiū omnifariā scientiarum, propter quod meruit nominari mater studiorum, vt latius dixi in Rub. præsentium statutorum in glo. Illustris.

b ¶ Famosa. In bonā partē, vt apud Tacitū lib. 21. Sed quia famosa Vrbs supprema diem tradituri sumus &c. licet crebrius apud nitidos authores sonet in malā, nō defunt auctoritates apud Grāmaticos; sed apud Iure consultos. tex. in l. ob carmen famosum. ff. de testibus. l. aut facta in principio, & l. capitalium. §. famosa. ff. de penis cum huiusmodi sexcentis.

c ¶ Tyranni. In malā partē capitur, vt constat ex diffinitione Bart. in Tractatu de Tyrānia, quia est is qui reipublica non iure principatur, licet Domini titulati Tyrannice se erga subditos exercentes possunt et tyrāni nominari, secundū Philosophū, Marus Rex tyrannus est, vt refert Bal. in l. eā quam nu. 23. C. de fideicomis. Prosequitur Bosius in Tractatu de vi pub & priua. et illi, & isti propter peccata populorum surgunt nonnūquam aduersus nos, iuxta illud exodi. Dabo eis gētem in furore meo, & illud Iob. cap. xxxij. regnare facit hippocritam propter peccata populi, quas auth. citat etiam Paris de Puteo. tract. syndic. §. post Imperatorum, & cum populi recipuerint dat bonos Dominos, quandoque, vt habemus tempestate nostra, qui sumus sub Cliepo ecclesie, & optimis, pastoribus. Adde etiā eandem Bosiu in Tractatu de Principe, & eius priuil. & Barba in Rub. de testa. ch. 4. col. fi. Sumit autē Virgilius in bonā partem in illo carmine. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni. Nunquid autem subditi possint nolle obedire Tyranno: & nunquid possint expellere, quin nunquid sit licitum interficere eum seuientem? Vide Bal. in primis in l. ex hoc iure col. 2. vers. 2. ex hoc queritur de iust. & iure, quod non licet expellere, licet possit non parere illi. Sed Diuus Thomas secūdo sententiarū, artic. 1. penult. dicit, quod meritorium est occidere Tyrannum seuientem in subditos: Sed Aug. de ancho. in tract. de potest. ecclesie. q. liiij. art. 3. vers.

omnia aut ista tenuit, contra Diuum Thomam, & ita fuit decifum in concil. constantiensi, vt refert, & transit Fely. in c. cū nobis col. 2. extra de præscrip. & Cur. in tract. de feudis. in vj. parte, sub Rubr. quibus ex causis domini pro. ver. quæro

igitur in primis & Ferdi. Loazes in l. filius. §. diuini. mihi 107. ff. de leg. 1. d. Gallorū. Vnde hoc nomen habes apud Cassia. in prohem. cōsue. Burg. nu. 22. s. a patre Noe, qui pluribus nominibus nominari meruit; sed ab archa dictus est Gallus, quia illa galeri vocata fuit; nam & hodie Galleras vocamus certum genus nauū, qui bus vtuntur ad bellandū: Et scias quod ciuis expulsus à Ciuitate perpetua expulsiōne non est amplius Ciuis, ita Fely. in c. ex literis de constit. ver. sic. & per illum textū dicit et, nu. x. & Bal. in l. volūtas. C. de fideicō. & perdit eaque sunt iuris cōmunis, quando est bannitus Imperij, quia offenderat Imperatorem, vel Principē supremum. Bart. in l. ammissione. §. qui deficiunt de cap. diminut. Et nota quia Bal. in l. ex hoc iure in 2. colū. de iust. & iure; querit, nunquid Ciuitas possit expellere suū Principem iniustum, & ciues male tractātem, & tenet, quod nō, sed tantū, quod non tenentur parere illi; & Bal. in Rub. Digestorum in versic. quid sit. Albericus in l. bene à Zenone. C. de quad. præscrip. dicit quod Papa, vel Imperator potest talē Principem priuare, & eicere. Adde, (quod plus est,) S. Thomam in secundo sententiarum dicentem ciues possunt interficere Principem iniustum, & opprimentem eos intollerabiliter. & quod meritorium est. Sed cōtra tenet Aug. de Anch. in tract. de potestate ecclesie. q. 54. art. tertio vers. omnia autem ista; & contra. S. Thomam fuit decifum in Concilio Constantiensi, ita Brixi. in repertorio in vers. Tyrannus. Vide Fely. in c. cum nobis de præscrip. versic. scias etiam, nu. 7.

e ¶ Fidem. De cuius effectu nonnulla per me dicta reperies in apparatu super priuilegiis Campetiorum in gloss. fidem.

f ¶ Confalonerij. Vocabulū maternū, latine dicendi sunt Vexilliferi, Vel Tribuni Plebis, vt Tribuni

ria leges, seu plebiscita, vt insti. de iure nat. gent. & ci. §. plebiscitū.

a ¶ Vt nullus. Et hic notabis, quia Summus Pontifex demonstrat, se omnimodū Principē, & quod Ciuitas eū pro tali recognoscit, cū supplicat pro immunitate obtinenda, cuius concessionis facultas ad Principem spectat, non ad Ciuitates subditas, Bart. in l. hi qui. ff. de iure. immun. Alex. cons. 30. col. 2. lib. 5. cum latē cōgestis per Paril. cons. 69. lib. 1. Bosius in titu. de Principe; & eius priuil. num. 133. vers. Modo aliqua dicamus. Neuiza. cōf. 66. nu. 5. cum seq.

b ¶ Granū. Generale nomē est, ut cōprehēdat ne dū ea, quæ appellatione frumētū ueniūt, i. quæ arista continentur, ut triticum ordetum, spelta, auena, sed etiam quæ in siliqua occultantur, ut faba, cicer, cicercula, fabei, & similes, de quibus in l. fruges. ff. de verb. signifi. habetur aliquid per Bartol. in l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arc.

c ¶ Bladi. Idē in effectu importatur, quia oē quod feritur ad usum hominū hoc uocabulo uenit, gl. in l. triticum de uerb. obliga. de qua gloss. etiam meminit Bart. in l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua plu. arcen. Et de hac uoce est tex. in c. ex multiplici extra de deci. quo tamē probari uidetur quod appellatione bladi non continetur legumina, quia posuit ibi ut separata, quicquid sit, uox impura est apud Latinos.

d ¶ Gabellā. Quā nulli nisi Principi imponere, & tollere permissū est, ex quo ē de regaliis suis, iux. uul. c. 1. quæ sunt rega. in usib. feud. & in tit. C. noua uectigalia imponi non posse. Vnde Dominus inferior absq; licentia superioris collectam imponere non potest. l. 1. C. de indico & super ind. ubi Bart. & Bal. in l. cū multa. C. de bonis quæ libe. & Saly. in l. 2. C. noua uectiga. Alexan. consil. 145. quoniam abunde lib. 20. de qua re latē habes apud Rippam respon. 4. sub titu. de rescrip.

e ¶ Extraordinario. Id uerbū uerificatur in delegato, & fuit necessaria expressio, quia posset i dubiū

huiusmodi gesserunt, & gerunt, exposuissent, ac nobis humiliter supplicassent, vt infra scriptas concessiones, & gratias eis concedere dignaremur, Non potuimus eorum petitionibus, nisi gratum, & beneuolū præstare assensum: ¶ Nos itaq; huiusmodi supplicationibus inclinati, vt nullus granū, & seu quodcunq; genus bladi in dicta Ciuitate moli faciens, aliquam gabellam per totum mensem Decembris proxime futuri soluere, Et deinde perpe-tuis futuris temporibus omnes & singulis granū & blada huiusmodi in dicta Ciuitate moli facientes, pro qualibet Corbe grani, seu frumenti librarum centum quadraginta non nisi duos solidos bononenorum de argento dacia mollendinorum nuncupati, ¶ Portarum uero dictæ Ciuitatis datariis, seu gabellariis pro tempore existentibus tantum dimidiam gabellam hactenus gabellariis, seu datariis portarum huiusmodi persolui solitam soluere teneantur. ¶ Et propter quā plura damna, & agrorū de populationes, & hostium incursiones, quæ incolæ, comitatini, & habitatores comitatus dictæ ciuitatis, nuper passi fuerūt, quod iidem incolæ comitatini, & habitatores, a solutione, & a qualibet ex actione taxarum militibus ad nostra, & dictæ Romanæ ecclesie stipendia militantibus persolui solitariū penitus & in totum per Confaloneros, & Massarios præfatos liberari, & eximi possint. ¶ Nec non taxa bouū, & uacharum per dictos in colas comitatinos, & habitatores persolui solita, etiam extingui, et in aliud onus, seu grauamen eisdem incolis, & habitatoribus imponendum, Ex quo Camera Apostolica tantum percipiat, quantum percipere cōsueuerat ex dicta taxa, sine tamen ipsius Camere præiudicio, prout dictis Confaloneriis & Massariis uidebitur, commutari, & reduci debeant ¶ Et ut in causis, tam Ciuilibus, quam Criminalibus, & mixtis in dicta Ciuitate pro tpe agitandis, cognoscendis, & terminandis, debite terminentur. ¶ Quod causæ ipsæ corā Iudicibus ordinariis dictæ Ciuitatis, quibus salariū ex publico soluitur cū in fine eorum officii ad syndicatum stare teneantur, dūtaxat cognosci, & terminari debeāt. ¶ Et similiter ordinarii executores dictæ Ciuitatis executiones faciāt. ¶ Et personæ pro tempore captæ a quibuscunq; , & quacunq; ratione, vel causa ad publicos carceres ducantur, iuxta statutorū prouisionem, ¶ Et in modo procedendi, cognoscendi, uidendi, terminandi, & decidēdi, puniendi, multandi, in quocunq; foro, & a quocunq; officiali, tam ordinario, quam extraordinario, statuta omnia ipsius Ciuitatis ob-

refricari, cuius loci statuta deberet observari. An delegatis, an delegati, quia videtur esse dicendum, quod attendatur de iure statutum, siue consuetudo delegantis non delegati, qui delegantis iurisdictione utitur. l. & si Prætor, quam ad hoc ponderat in arg. Ang. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. sed disputationem, & distinctionem longam habes in glo. c. illud. 12. distinct. & per Ioan. And. in Rubr. de consuet. ad quem se remittit Alexā. in l. solent. ff. de iurif. omniū iud. per d. Anton. de But. in Rub. de consuet. col. 2. qui refidet una cum Ioan. Cald. quod inter ordinarium & delegatum, non sit constituenda differentia, sed dicendum, quod in decisiōis seruanda sit consuetudo, seu statutum litigantium. In ordinariis uerò consuetudo fori, ubi lis tractatur, est materia late tractata in l. cunctos populos. C. de summa tri. & per Gozad. conf. 101. col. 1. nu. 2. & nu. 7. ver. octauo &c. quod consilium est uidentū quia tenuit, quod non habeat locum in delegato. Papa cui dederat amplam facultatem subdelegandi causas appellationum, quia tunc seruandum esset ius commune in ordinariis, & non statutarium. esset opus longa discussione huius opi. suz, unde fit simpliciter cum præcedenti resolutione.

¶ Cōsuetudine, vel stillo. Cynus in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo in 4. q. & post eū Bar. quærit differentiam inter cōsuetudinē, & stillū, & dicit quod stillus est unius Iudicis in causis corā eo sæpius stillatus, ad de etiā notariorū, Cōsuetudo uerò populi totius, Vnde infertur, quod stillus non tollit legem communem, ut Alex. ponderare uiderur in conf. 35. nu. 10. lib. 2. Decius cōf. 67. in fi. ipse uero Decius conf. 1. 1. nu. 10. & sequen. dicit quod aliud est consuetudo, aliud stillus, & dispositio loquens in uno non habet locum in alio, si est correctoria, subdensq; q; Stillus est in scribendo, consuetudo aut in alijs actibus, ut tradit Ant. de But. c. fi. uersic. ex his de consuetu. Bal. in Rubr. de rescrip. col. 4. uersic. quæro qualiter accipiatur stillus. Albericus in l. de quibus in uersic. in quo aut differat cōsuetudo, & stillus. nu. 99. ff. de legi & i quo differat usus à consuetudine, quia aliquando solet clausula formari, non obstante quacunque cōsuetudine, usu, uel stillo, ut & pro differentibus legitur in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo? dic ut per Cynum ibi in 4. q. ubi post Petrum declarat usum fore exercitium ipsum, ex quo inducitur consuetudo, quæ ius est. Adde Aug. Ber. in c. 1. n. 4. de rescript. ubi dicit, ad stillum inducendum non esse necessariā præscriptionem, nec etiam ut bis, uel pluries iudicatum fuerit, prout ad consuetudinem inducendam opus est, iux. c. consuet. distinct. 1. sed satis esse, si aliquando saltem bis obseruatum fuisset, late Asinius in comē. ad statu. Flor. de modo proced.

in causis. §. 22. cap. 16. Et nota quia multo minus non censetur sublatum statutum, quod semel habuit uigorem. Bart. in proh. ff. §. & antea. Paris de put. in tract. sind. litera. fi. in verbo statutū, si potestas. col. 1. cum simil. secus si nūquam fuisset usu receptum, de quo tãgam in sequenti Bulla eiusdem Iulii.

¶ In contrariū. Non ergo ceterur exclusa interpretatio, quæ fieret per cōsuetudinē, uel stillū, quia scriptū est, quod optima est legum interpretatio consuetudo. l. si de interpretatione delegib. Guid. PP. decis. 30. nu. 2. Gugliel. de Ludo. singu. 66. ita in terminis similis statuti dicit Decius conf. 11. nu. 10. & Ruynus conf. 13. nu. 24. lib. 2. cetera ad hæc pertinentia uidimus in conclus. statutorum. §. præterea ordinamus. Adde etiam, quod ideo dicit in contrarium, quia si esset simplex, non usus, non habens implicitū usum contrariū, nec de iure est, tollitur lex, uel statutum, ita Cy. post Pet. in d. l. 2. col. 7. uersic. si uero ille. C. quæ sit longa consuet.

¶ Tunc & pro tempore. Ecce derogari consuetudini, & stillo, nedum præsentī, sed etiā futuro, quæ est materia late tradita, & à legentibus, & à Tractantibus, ut per Bart. & Doct. in l. de quibus ff. de legibus, & Alexan. in l. si mihi, & tibi. §. fina. ff. de leg. 1. & Abb. & ceteros Cano. in cap. 2. de probat. & Rocham de Curte in tract. de consue. seu in c. fi. col. 86. de consuet. Ias. in l. cunctos populos. C. de summa Trini. & fi. catholica, qui ponit quinq; fall. quando non intelligatur derogatum futuræ cōsuetudini. late etiam per Afflict. in proh. constit. Neapolit. §. presentes, & in constit. cum per partes Apulæ in 2. not. lib. 3. allegando Bal. in c. 1. in 1. col. uersic. sed an prescribat. Qualolim: feud. pos. ali. dicentem q; cōsuetudo reprobat nullo tempore præscribitur, quia contra auctoritatem superioris præscribi non potest.

¶ Et pecunia. Est magna gratia hæc Bonon. facta, quia cū Pontifex Princeps sit, ut diximus, debuisse pænæ istæ oēs in eius fiscū incorporari, ut legitur, & notatur i tit. quæ sint regalia, & casu quo etiam dici posset Bononiensem populum habere suam libertatem, & fiscum, & dici adhesisse ecclesiæ, tamē hæc pænæ saltem debuisse communicari, ut inter socios, sed hodie aliud obseruatur.

¶ Pro tempore. Apertè tollitur cōsuetudo futura, & ita remouet oēm dubitationē quæ inter Doct. uiget, an reprobata consuetudine, dicatur, ne dū illa de presenti, sed etiam quæ futura sit, ut per scribentes habetur in c. fin. de consuet. & ibi Rochus de cur. in d. c. fi. septima Sectione in septima conclusione, ubi attestatur de communi, quod etiam futura dicatur reprobata, allegando infinitos Doctores, quos referre stultum esset, subiungit ille Doct. in 4. ampliacione, etiam intelligi reprobata

probata, quæ esset tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, ita Anton. in c. cum ex officij, ubi Abbas. 3. nota. de prescrip. maxime stante causa, quæ tempore probationis uigebat.

¶ Multæ. Differentia nota est in ter multam, & pænā, in l. si qua pænā. ff. de uerb. signifi. & l. aliud est fraus. §. inter multam.

¶ Appellare. Creditur Princeps eos qui ob singulare industriā, exploratāq; fidem, & grauitatem ad huius officij magnitudinem addiderentur non fore aliter iudicatos, quàm ipse fuisset iudicatus ad l. unica. ff. de offi. præfect. prætorio. Et hoc loco legas (si libet) totum caput, quod ponit Paris de puteo sub litera A incipit. An si statuto, cum sequen. in quo etiam quærit quid de interlocutorijs sindicorum, an licebit appellare, & tenet, quod sic.

¶ Quodq; statuta. Hic proculdubio deficit uerbum principale & debet subaudi, puta ualeat: Et nunquid cōprehendatur prouisiones editæ à legatis de consensu populi? Et uideatur, quia est nomē generale, seu commune, ut profequitur Decius in c. Canonum statuta de constit. statuta .n. dicuntur quasi statum publicum tuentia, secundum Alberic. & maxime communiter accipitur pro omni iure municipali. Inter autē dicta iura supra posite prouisiones debent computari. De edictis uerò, seu proclamatiuis quæ fiunt à Gubernatoribus durante eorū magistratu, cum non sint perpetua, nulli dubium est, q; non ueniunt sub uocabulo statutorum, Bald. in terminis in l. omnes populi. col. 3. uersic. edicta uero. ff. de iust. & iure, nec ex eis oritur actio ut ex lege, uel actio in ætum pro ut ex edicto Prætoris. Sed oritur actio ex illo generali edicto si quis ius dicenti non obtempera & sic dicuntur Banna, non statuta, nisi

essent incorporata in uolumine statutorum.

¶ Mercatorū. An statuta fori mercatorū, & artiu possint et dici statuta Ciuitatis? tetigit Pau. Cast. conf. 410. super eo quod quæritur. lib. 1. sed non perfecit dicta sua ibi, uidetur tamē sentire, quod largo modo dicantur. Idē dicit de statutis collegiorum, ut dicit Signo. cōf. 61. num. 19. uolens quod non intelligantur iurata à potestate in suo iuramento de obseruando statuta Ciuitatis: Ideo propriè loquendo hic separatur statuta Ciuitatis à statutis artium, nam cum dicit Ciuitatis intelligit uniuersitatem ciuim, & sic de communi iure illius ciuitatis, arg. l. i. C. de emancip. lib. & l. Antiochenum. ff. de priuileg. creditorum. Et licet artifices possint condere statuta inter se de eorum negociis, & quæ absque quauis confirmatione ualebunt, ut late differit Bart. in l. omnes populi. 1. q. de iust. & iure, & Beroius conf. 158. in 1. uolu. 3. per Rol. à Valle lib. 2. cōf. 15. & tex. est in l. receptoria. C. de consti. pecunia, ubi Bald. 3. not. allegans etiā pro casu tex. in auth. de fideiuss. §. fi. tamem ad hoc; ut alii non mercatores contrahentes cū mercatoribus possint conueniri in foro mercatorio, requiritur confirmatio, ita Bal. in d. l. omnes populi, ut refert Crotus ibi nume. 17. Vide omnino Barbariam cōf. 14. col. 3. & seq. uolu. 2. Sed quod statuta Mercatorū sint approbata ex certa scientia superioris, propter reiterate confirmaciones, demonstrat late Aug. Bero. conf. 7. uolum. 3. nume. 13. sed rogo discurras totum consilium, quia pulchrum est.

¶ Ecclesiasticā libertatē. Aduerte in primis, quod Caic. in sua summa in uerbo immunitas. §. vlt. scripsit immunitatē ecclesiasticā à libertate ecclesiastica in eo differre, q; libertas ad personas; Immunitas uerò ad ecclesiasticas res, & tépla pertineat, A iij adducit

adducit tex. in extrauagati. 1. col. 4. uers. incendiariorum inter communes de priuilegiis, dum ita separatur uocabula. Tamen uidetur tex. clarior in oppositum, in c. aduersus de immun. ecclesiarum, quod in loco libertas personarum ecclesiastica immunitas appellatur, id quod placet Siluest. in uerbo immunitas in princ. & Couarr. tomo uaria. resol. lib. 2. cap. ultimo in princ. tracta significatione: ab ethymologia, dicta, quia prestare munera non tenetur, quae significatio communis est tã ad personas quã ad res &c. Et si ista restrictio expressim facta non fuisset, nihilominus subintelligitur auth. casta, & irrita. C. de sacros. ecclesiis, ubi notatur; & not. Bal. in l. omnes populi col. 5. uers. sed nunquid Papa de iust. & iure, cum aliis locis citatis per Decium in c. ecclesia. S. Mariae nu. 16. extra de const. qui subdit quod pari ratione potestates, qui iurant seruare statuta non contraueniunt iuramento si non obseruant ea quae sunt contra libert. ecclesiasticam, Bal. in l. obseruare. §. profici sci. 27. q. ff. de offi. prae. feli. in c. eccl. S. Mariae & Cur. in c. fina. de consu. Alex. consil. 17. nu. 15. uolu. 4. Et hæc libertas competit clericis à iure diuino. c. quanquam de cens. in 6. gl. in c. si Imperator 96. dist. Sed uide Couarr. loco præcitato uers. 2. conclusio, ubi probare nititur, quod nec fit de iure diuino. i. lege Christi, dicendo, quod leges ueteris testamenti Christi aduentu expirant. c. translato de consti. & ideo quamuis lege mosaica ab altari ob punitionem criminosis euellendus esset, non deducitur ob hoc a lege diuina sancitum apud ecclesiam esse, sed non fat ego precipio illius dicta, & quia exigent longam discussionem, ideo ut rem superuacaneam omitto.

Et nota, quod pluribus modis statuta possunt dici contra libertatem ecclesiasticam, ut ordinatè disserit idè Decius col. 2. in eod. c. ecclesia. S. Mariae, qui in effectu ponit quatuor modis dici posse. contra libert. eccles. Primo si statuta auferunt ea quae cõpetunt clericis, uel à Deo, uel ab Imperatore, ut hoc dicitur uoluit Bar. in l. cõctos populos in 5. q. C. de lumina Trinita. Secundo secundum alios plures, etiã si sint contra ea, quae competunt clericis de iure cõmuni, quia satis auferunt libertatè illis, ut latè per Fely. in d. c. ecclesia nu. 17. Tertio si per noua statuta clerici redderentur timidiore, puta si pro homicidio in clericum minor pœna imponeretur quã pro homicidio in laycum, secundum Bartol. in d. auth. 4. forte potest addi, ut etiam statuta dicantur contra libert. ecclesiae, quando etiam per indirectum aliquid tenderet in preiudicium clericorum, secundum consil. collegii Bono. inter col. P. Ancha. 13. Adde multa per lul. clarum in tract. crim. §. fin. q. 77. uers. facientes. Vnde forte redditur non usquequaque uerè dictum Bal. in l. qui exceptione de condit. indebiti, qui dicit statuta illa dici contra libert. ecclesiae attemptata principali mente statuentium, ex quibus infertur, quod statutum dicens non posse emitti uocè appellationis ad Papam omittis mediis, dice-

tur contra libert. ecclesiae. Goza. conf. 101. idem Berro. conf. 114. nu. 10. uol. 3. quod dictum non transit abiq; difficultate, quia scio aliquando Rotam tenuisse propter confirmationem Papae, ita posse statui, attento, quod Papa sibi præiudicat, & uult seruari ordinem graduum attento, quod causa est inter laycos, Et pro ueriori dilucidatione, dicas nõ reputari statuta cõtra libert. ecclesiae, quando statuta introducunt aliquod beneficiũ cum aliqua tamen conditione, uel onere, quia tunc si clericus uult tali beneficio uti, debet uti cum suis annexis conditionibus, ita Bal. in l. omni nouatione. C. de sacros. eccles. deducit Alex. conf. 210. Ponderatis nu. me. 5. lib. 2. & Alciat. conf. 708. ubi alia dicit in materia. Nec dicitur contra libertatem ecclesiasticam, etiam si hæc ciuitas, quãquam fit de temporalibus iurisdictione ecclesiae, statuatur aliqua cõtra canones aliquos, quia ualebit statutum inter laycos ipsos, nec tamen extendetur ad ecclesiam, ita Domini. in d. c. ecclesia S. Mariae de consti. prout latè refert Fely. col. 3. in fi. cum seq. Nec etiam dicitur contra libert. ecclesiae quando layci reuocant sua priuilegia olim clericis concessa per Ciuitatem, fuit dictum Bal. in l. si quis curialis in fi. C. de epis. & clericis, quod dictum præcipit signandum esse, Alex. in l. non amplius col. 2. ff. de leg. 1. Adde etiam quod dicit Bal. in eod. c. ecclesia. S. Mariae, colum. 2. uers. sed hic queritur, quia uult Bal. ualere statutum quo disponitur non posse alienari in clericos prædia tributaria conditum ne fiscus careat paulatim subsidio collectarum, & tunc licitum est, laycis defendere suam iurisdictionem, & utilitatem publicam, ita Nata consil. 515. Non uidetur nu. 8. lib. 3. consuluit enim ualere statutum, quod tendens rem allibratam nõ suppositã oneribus, teneatur de proprio satisfacere communi, nam certe comprehendit uendentem ecclesiae, & postremò recurrit ad lappum allega. 92. incip. an constitutio sit contra libert. ecclesiae, ubi per doctrinas, & exempla sufficienter ostendit modum cognoscendi talia statuta, & subdit in fi. quod nõ prodesset illa cautella, quae solet apponi in fi. statutorum, quod per talia statuta nõ intendunt offendere libert. ecclesiae, & nota, quod qui condunt statuta. con. lib. eccles. ipso iure sunt. excomm. excomm. maior, & sic est canon latæ sententiae contra eos, obseruatoresq; illorum, ac scriptores. c. nouerit de senten. excomm. Et ultra hanc exceptionem est alia scilicet, si aliqua sint statuta contra ius superioritatis. c. ueniens de iure iur. & c. ad nostram, ita Berroius in d. conf. 114. col. pen. lib. 3. dicens etiam uerum esse, dato, quod fuerint iuramento firmata, nouiter uide Ant. de Gabrielib. lib. 6. col. 10.

Item si aliqua reperiantur statuta quae sint absona, uel multum iniqua, ut Bart. dicit in l. 1. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iuris per c. 1. de iureiur. in 6. quod cap loquitur de statutis cõtinentibus impossibilitatem Addo Rom. consil. 228. presentes casus, & D. Decium consil. 17. col. 2. Imo reperio quendam Iacob. mandellum de Alba consil. 4. nu. me. 21.

me. 21. dixisse nõ cõferri approbata illa statuta sub generali approbatione, quae annullant iuramentum, quia cum sint condita à laycis, dicuntur obd. reprobationem iniusta, quod uerum nõ putat. Tene tamen, ut ad superiora redeam, quod statuta etiam iniqua, dum nõ sint contra ius naturale, uel diuinum, ualent, ut ex multis autoritatibus firmat And. Tiraq. in lib. re-

tractu Lign. in præfat. nu. 75. Et posset dubitari de ista ampliacione, quia exceptio lolet firmare regulam in casibus nõ exceptuatis. l. nõ quod liquide. §. si. ff. de penu. leg. de qua disputat latè Ias. in l. fi. col. fi. post Alex. ff. quod quisq; iuris, & ibi signanter uidetur tenere quod si Papa cõfirmat priuilegia generaliter, & excipiat unum, quod sit contra ius, uidetur, quod huiusmodi confirmatio sit generaliter intelligenda, nec modificanda præter casum expressum, & uidetur idem dicere Corn. consil. 9. col. fin. uol. 3. & clare Cassan. consil. nu. 8. Ruy. consil. 104. nu. 10. lib. 2. Ex aduerso sunt etiam autoritates, quod statutum enumerans aliquas exceptiones non censetur reiecit similes expressis, Albertus Bru. in suo tractatu super statutis in uerbo confirmare col. 2. post Alex. in terminis consil. 9. col. pen. lib. 1. & Bald. in l. 1. in 2. not. C. de Monopo. & uide Aret. consil. 8. abunde latis col. 2. ubi punctualiter loquitur circa hanc clausulam. Idem Io. Anto. Rub. consil. 50. col. fin. uers. non obstat. & Ruy. consil. 127. nu. 8. uol. 4. & 55. nu. 5. lib. 5. Lud. Bologn. consil. 31. col. 7. uers. similitur Non obstat: Et predicti Doctores utuntur ista ratione scilicet, quia licet exceptio firmet regulam in casibus non exceptuatis, non tamen ampliatur eam, ut ad casus omnes trahatur, qui alias non cõprehendebantur sub regula. l. generali. §. uxori ubi Bart. ff. de usufr. leg. & est glo. in l. 1. C. de cond. indeb. & Abb. not. in c. quoniam frequenter nu. 6. ut lite nõ contestata, & alibi sæpe ut per Crotu. cont. 3. col. pen. sed latius post Decium Cagnolus in l. 1. ff. de reg. iuris, maxime nu. 27. & proculdubio non procedit, ubi talis exceptio esset facta absque causa cognitione non uisis, & bene persecutatis omnibus statutis illius uoluminis, ut habetur per Alex. d. conf. 59. quibus conferunt, quae dicit Bal. in l. legata inutiliter in fine. ff. de lega. 1. Item non trahitur ad statuta inuolida secundum Inno. & alios in c. 1. de transac. Rui. dicto consil. 55. nu. 5. lib. 5. Adde, quod nec etiam cõsentur approbata statuta, quae continent dispositionem, quae saperet peccatum, quia PP. non potest etiam expresse confirmare, puta si loqueretur de usuris permissiue. Fely. in c. quae in ecclesiarum col. 6. de const. latè Ripa resp. 19. nu. 2.

¶ Approbamus. Fortè et possunt dici, illa nõ esse approbata, quae irrationabilia sunt, quia ecclesia nõ defendit irrationabilia. 24. dist. c. fi. & 81. dist. si quis ita. Io. And. in consil. 18. incip. an ciuitas sub titulo de const. subdens, quod quae sint rationabi-

lia, & quae irrationabilia arbitrio iudicis relinquuntur. Et nota hic differentiam inter approbare, & confirmare, quam declarat Dec. incidenter in Rub. de confir. util. uel inutil. col. 1. & tradit Restau. tract. de Imperat. q. 17. Quae in hoc stat, quia

non tendat, Quae Approbamus, & Confirmamus, ac de cetero inuolabili-

cõfirmatio est signum superioritatis, approbatio ac significat paritatem, & æqualitatè quandã, & tedit in obseruantia dispositi.

Nã cõfirmatio à minori proprie fieri nõ potest, ita Abb. post Host. in c. primo. in 2. no. de locato, & caue, quia appellatione confirmationis uenit ex sermonis proprietate duntaxat illa, quae fit in forma communi, non autem illa, quae fit ex certa scientia, & specifica, & cum causa cognitione. Ita not. Card. in c. ex parte. per illum tex. cum glo. in uerbo confirmare de consti. Decius in Rub. col. 2. de confir. utili, uel inutili, & sic confirmatio huiusmodi in forma cõmuni præsupponit aliquid prius inesse. Bal. in l. nominationis circa fin. uers. conclude ergo. C. de appellat. non sic illa quae fit ex certa scientia, quia apta est confirmare actum nullum. c. 1. de transac. c. ueniens. ubi glo. in uerbo cõfirmatum de transac. cum multis aliis per Decium in c. 3. nu. 6. de confir. utili, uel inutili. ubi ponit modos, quibus dicta confirmatio ex certa scientia fieri dicatur, & paulo ante tradit effectus dictae confirmationis in forma communi, quos etiam posuit Aretinus in consil. 8. uers. & est aduertendum. ¶ An autem hæc confirmatio nostra sit in forma communi, an ex certa scientia, specifica, & causa cognita, ut sic possint dici papalia iux dictum Bal. in l. explicat col. 2. in fi. de reru. permut. reperio uariatam à cõsulentibus. Quidam enim dixerunt, quod et ex certa scientia, & specifica, quia de certa scientia, facta est mentio infra uers. quodq; illud, ut reperi dicere Marf. consil. 32. col. 1. subdentem, merito statuta nostra possunt dici papalia, pro qua denominatione facit quod dixit Barb. col. 14. nu. 21. lib. 2. & Barb. met inter conf. Alex. in 4. uolu. consil. 122. col. 6. & seq. & idè retulit Afflictus in præludiis consti. colum. 2. de quibus duob. doct. est mirandum, quia nullo modo potuerunt illud dicere illo tempore, quo non fuerat edita hæc bulla, sed aderat quædam simplex confirmatio Nicolai. PP. & cum sint papalia possunt prouidere circa iuramenta infringendo ea si sint præstita cõtra iuris municipalis, formam, ut Paris. dicit inf. statim allegandus Infertq; d. Marf. loco præcitato, quod uigore dictae confirmationis posset impunè occidi bannitus in territorio Imola, quod pariter subditum est ecclesiae, idem tamen sentit Bologninus consil. 31. col. 8. uers. uel, & secundo Paris. consil. 122. num. 68. lib. 2. Nouissime Berro. col. 40. nu. 12. lib. 2. subdendo quod dicere, quod clausula ex certa scientia non referatur ad istam confirmationem est trufsa, ac Gratus consil. 69. nu. 19. uol. 1. & lul. scarlatt. inter consil. diuersorum criminalia, tomo 1. secundum

dum impressioem Ziletti. c. 11. num. 18. incipit Reuerēdisime adito pro quoddam Stephano de Menzani, ubi etiam nume. 21. & seq. ponderat multum etiam approbationē. Beſarionis Vicarij Papæ, de qua supra. Gratus autem met. in confi. 41. nume. 21. & clarius in confi. 47. num. 5. lib. 1. negat verba illa ex certa ſcientia infra poſita referri debere ad hanc confirmationem, ſed, dicit ipſe, quod qualificat verbum ſtatuiſſe præmiſſa obſervari, & ſic refertur ad obſervationem confirmationis, & conſeſſionis, de qua ibi, non autem ad confirmationem, quia confirmatio fuit ſimpliciter facta; deinde ei fuerunt aliqua conſeſſa, quæ ordinat Pontifex noſter ex certa ſcientia obſervari talia, qualia ſunt, & ſecundum eum in hoc videntur multi Doctores decepti, qui intellectus poteſt acceptari, ſi bene capiatur, præmittendo, quod aliud eſt concedere, aliud confirmare, qui enim confirmat non dat. Et quia de iur. omnium iud. Tradit latè Decius in Rub. de confir. utili, vel inutili, dicens, quod aliud eſt dicere fancimus, aliud confirmamus, poſt Abb. in confi. 57. in q. quæ vertitur col. ſi. lib. 2. Cum ergo prius dicat approbamus, & confirmamus, & infra allegato verſiculo dicat, Conſeſſum fuit &c. ſequitur, quod ſunt diuerſa & ſeparata capita, & ad diuerſa tendentia, igitur non eſt ſenda conſuſio; & ſic proſequere, quæ ſubiunxit idem Afflicus in d. lo. co col. 2. in ſi. & ſtatuta non dicuntur papalia, niſi aliàs non valuiſſent, circunſcripta confirmatione, vt ille doct. ſentit, & bene. Tertij, vt Paris. confi. 33. num. 50. vol. 2. dixerunt, quod etiam ſi adſit clauſula ex certa ſcientia, tamen nihilominus eſt in forma communi, quia non conſtat de cauſæ cognitione, cum duo copulatiue exigantur, allegando hoc dicere glo. in c. 1. de confir. utili, vel inutili, quæ ad plenum proſequitur Barb. inter conſilia Alexan. 12. ſcripſit eccleſiaſticus. col. 2. & ſeq. verſic. præmitto. vol. 4. Idem voluit Bero. in confi. 180. nu. 24. lib. 1. poſt Alex. in cōſilijs, quæ citat ipſe. Addo ego, quod potius conſtat de non cauſæ cognitione, cum dicat, dummodo non tendant cōtra libertatem eccleſiaſticam, vt ſerè in terminis conſiderauit Aretin. confi. 8. dicens ſi ſummus Pontifex vidiffet diligenter ſtatuta ſibi oblata, non erat opus ita loqui, & Aret. loquitur in confirmatione Nicolai V. Pontificis, ubi erant illa verba, niſi ſi qua reperirentur &c. Item poſito, quod etiam dictum fuiſſet, & cauſæ cognitione habita, nihilominus non prodeſſet ſi conſtaret quod breui tempore talia ſtatuta confirmaffet, ut per Barba. in d. confi. verſiculo quonimo col. 10. Quid autem ſenſerit Rui. in confi. 15. nu. 5. lib. 5. mihi non poteſt liquere, videlicet de cuius confirmatione Pontificis loquatur, ſed ſtante intelligentiâ Grati non eſt opus de alijs diſputare, maxime, quia tendunt omnia ſupradicta in hoc, quod confirmatio hæc ſit in forma communi duntaxat, propterea ſit mere ſtatutum laycorum; ſi tamen hæc opinio Parisij, & intelli-

gentia Grati vera forent, ſequerentur multæ diſtinctiones diſpoſitorum in ſtatutis noſtris; nam nihil valeret, quod diſponunt circa annulationē iuramentorum, vt in ſtatuto de minoribus. §. & ſi quæ ceſſiones, & in ſtatuto de dotibus reſtituen. §. prouidentes inſuper &c. & alijs ſimilibus, quibus audacter directè annullatur ſacramētum, nec fuerunt vſi ſtatuentes illis modis obliquis, quos tradit Bart. (ſi tamen verum dicit) in l. omnes populi in 3. q. principali verſic. ecce alia, dicit ſtatutum &c. de iuſtitia & iur. quia dictum Barto. non approbatur communiter, vt atteſtatur Bero. in confi. 176. num. 59. vol. 1. & Nouiſſimi in c. ſi. nu. 27. de præſcrip. de quo vlt. non diſputo, quia & Cur. lun. confi. 118. nu. 6. dicit eſſe cōem cum Bar. Idem dixit Tho. Fer. cau. 16. Ratio primorū. Doc. eſt, quia annullatio iuramētū eſt de foro eccleſiaſtico; vt c. ſi. de foro cōp. lib. 6. c. Venerabilē de electione, pro ut, quod non valeat prohibitio, & annullatio iuramenti in ſtatutis noſtris ſimpliciter affirmat Bero. in confi. 126. col. 2. lib. 1. loquendo etiam, ſi ſint confirmata ſtatuta ex certa ſcientiâ a Pontifice, vt per ipſum col. 3. verſic. Non aduerſatur, ubi dicit vnum mirādum, quod opinio illorum ex aſſertione cauſidicorū nō ſuit vſu recepta; Imò contrarium fuit obſervatum, & propterea dicta confirmatio non debuit attendi per ea quæ voluit Felynus in c. 1. de treugua, & pace, & Alexan. confi. 132. lib. 1. & idem etiam aſſerit ipſe met. confi. 180. col. ſi. verſic. Nec obſtat lib. 1. Adde nouiſſime, quod dicit Bal. in c. cum contingat de iur. iud. col. 3. verſic. ſed quid ſi ſtatuta ciuitatis, de iure iur. ubi dicit quod PP. generaliter confirmando ſtatuta non cenſetur confirmare illa quæ tenderent in præiudiciū animæ, & loquentia de irſtandis iuramentis. In iſtumentis apponi ſolius, ſed oportet, quod nominatim confirmet, niſi dicas, quod ſatis dicitur nominatim, quando excipit duntaxat ea quæ contra lib. eccleſiaſticam tendunt, ad l. Nā quod liquide. §. ſina. de penu legata. Et ſuppoſita ſubiectione populi Bononiæ, Romanæ eccleſiæ, vt dixi. ſupra in glo. noſtra, quomodo poteſt ſuſtineri modus datus in ſtatuto de appellādo? ubi traditur cauſas primarum & ſecundarum appellatio num demādari debere per Romanum Legatum, vel Gubernatorem iudicibus Bonon. Doctores collegij Ciuitatis Bononiæ, quaſi imponendo neceſſitatem illi ita delegandi iux l. ſepe audi ui Cæſarem. de officio Præſid. Et cum de iure Canonum poſſit appellari ad Papam omiſſo medio, ut extra de appella. c. ſi duobus, & c. ſollicitudinē quomodo tale ſtatutum impeditum iurisdictionis Pontificiæ ualere dicemus, ut Bart. conſiderauit in l. omnes populi in 3. q. 3. q. principalis. ff. de iuſt. & iure? Præterea quomodo poterunt dicere, quod deficientibus ſtatutis ſeruetur ius ciuile, quia ſi ſimus in terris Eccleſiæ debuit potius ſeruari ius Canonicum, & Principis cui ſubiicimur, iuxta notata in c. Canonum ſtatuta de conſtit. ut latè diximus in d. conſi. 180. ubi citauit Pau. Caſtr. in confi.

confi. 196. ſuper primo quaſito. verſic. ſuper ult. dabo lib. 2. quo loci ſacit mentionem de illo noſtro ſtatuto, & dubitat, quod non ualeat, uelut contra libertatem eccleſiaſticam, & Roma. confi. 218. num. 4. dicentem, quod huiusmodi prouiſio eſt inhoneſta, quia ius ſuperioris tollitur. Vnde cum videam obſervari ſtatuta noſtra, abſque contradictione his noſtris temporibus in omnibus eorum capitibus, & uideam etiam ſi intellexerimus de cōfirmatione in forma communi, illa nō erat neceſſaria, quia habebant prius Bononienses illam à Nicolao Pontifice maximo; cur igitur iſta membranas occupaffet, ut dicitur in c. ſi Romanorum 50. diſtinct. ergo debet intelligi de illa quæ non ſit eluſoria, ſed cum effectu argu. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quiſque iuris, & in l. ſi prætor de Iudi. & multa in iure admittuntur, & tollerantur, ne actus dicatur eluſorius, etiam ampliando ultra proprietatem uocum, ut eſt glo. & Doct. in c. quamquā de uſuris in vj. per tex. in c. ſi Ciuitas de ſent. ex cōmuni, & per Rui. confi. 57. nu. 6. lib. 3. ubi alia accumulatur. Habetur per Fely. in c. Rodolphus. col. 3. de reſcriptis, non poſſum aliter dicere, niſi quod communis interpretatio populi fuit, ut confirmatio hæc Iulij fuerit ſufficiens, & in forma ſpecifica, & ualidatura, nō autem in forma communi, quicquid forte dici poſſet de dicta confirmatione Nicolai Quinti ſuper qua diſſeruerunt, & Alex. in confi. 59. Viſo in ſtumento lib. 1. & Aret. confi. 8. & Rui. confi. 55. col. 2. lib. 5. quando refert dicta conſilia, ſacit l. ſi de interpretatione, & l. minime ſunt mutanda. ff. de legibus, & poſſet ſuſtineri, quod imo fuerit facta à Iulio ex certa ſcientia propter dictum. §. quodq; & adaptare uerbū conſeſſum intelligēdo de cōfirmatione huiusmodi ſpecifica, quia non dicitur cōcedere, & dare ille qui cōfirmat actū ualidum, ut habetur in l. & quia de iuriſd. omn. iud. per Doct. & Decium in tit. de confir. utili, vel inutili; & ideo nihil ualet, quod Gratus conſiderauit, hinc eſt quod alij Doct. non aſſerunt ita dicere, quonimo admiferunt illam confirmationem fuiſſe ex certa ſcientia; ſed dixerunt non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem, ut ſupra retuli; quæ adiectione iſtorum apud me uana eſt, cum explicat illud quod in ſe continet uerbum ex certa ſcientia. Quid enim eſt ſcire pro certo, niſi rei intus; & incute per cauſam, & rationem, ſubſtantiam inueſtigatam habere? poſſum allegare inſinita ſuper hoc ſufficiet allegare. l. ſcire leges. ff. de ll. qua conſunditur differentia iſtorum, & ideo ſi inſpiciantur Doctores antiqui in c. 2. extra de tranſact. & etiam uerba Alex. in confi. 59. & Aretin. tantum faciunt mentionem de clauſula ex certa ſcientia, nihil aliud addentes copulatiue, & inuenio etiā, quod Rota Bon. impreſſa in calce iſtorum ſtatutorum, ita intellexit. Non obſtat glo. in c. primo in glo. ſina. de confir. utili, uel inutili, quando dicit. Si uerò confirmatio fuit facta de beneficio alicuius cum cauſæ cognitione; quoniam

apud me hoc neceſſario inferri nō debet, quod aliud ſit certa ſcientia, aliud cauſæ cognitio, nec gloſſ. hoc probat iuribus; & Ang. in c. 2. de pacis, iſdem uerbis utitur, quibus gloſſ. nec dicit, quod duo copulatiue requirantur, ut iſti allegant, maxime Barba. in confi. 123. ſcripſit eccleſiaſticus ſub nume. 18. lib. 4. & Parisius d. confi. 33. nume. 51. volum. 3. Non obſtat illa clauſula dummodo contra libertatem eccleſiaſticam, quoniam potius eſt ex ſtillo Palatij, quā ſit ex mente confirmantis, ut in ſimi. dicit Bart. in l. 1. col. 3. ff. de iure Codi. per Ripam in l. centurio nu. 50. de uulg. & pupill. & Decium confi. 397. colum. 5. ubi aſſerit communem cum Bartol. Quo uerò ad iuramenti annullationem in iſtumentis uetitis ultra hanc bullam clarius conſtat ex bulla ſeq. ciuſdem Pontificis. Et ſi quaeratur an populus Bononiæ poſſit condere ſtatuta abſq; confirmatione, & approbatione Pontificis, poteſt recurri ad Bartol. in l. omnes populi in prima quaſtio. ff. de iuſtitia & iure, ubi conſiderat, aut populus habet omnimodam iuriſdictionem, & non exigitur ſuperioris auctoritas per d. l. omnes populi, & l. Antiochenſium. ff. de priuil. cred. & l. 1. C. de eman. lib. licet (inquit ipſe) Præſides Prouinciarum in terris eccleſiæ faciunt aliter obſervari; ſi uerò populus habet iuriſdictionem limitatam, & in his in quibus non habent iuriſdictionem requiritur cōfirmatio ualidās. d. l. & quia de iuriſd. omn. iud. Et adſtipulatur huic conſuetudini eccleſiaſtica, etiam Bal. in d. l. omnes populi. col. 2. dum dixit poſt Compoſtellanum, quod nulla uniuerſitas poteſt rācere ſtatuta, abſq; magiſtratu ſci licet dominante, & hæc opinio uera eſt, & tenaciter ſeruatur in terris eccleſiæ, adeo ut ſi tota Prouincia Marchiæ, uel Ducatus faceret ſtatutum non admitteretur per eccleſiam, niſi eſſet approbatum, ſicut ſi Caſtrum faceret ſtatutum non admitteretur, niſi per commune Ciuitatis approbaretur. Tu igitur ſeruabis obedientiam, & ſubiectionem in dubio, quia potentioribus pares eſſe non poſſumus. l. 3. de alie. iudi. mut. cauſa facta; & ideo dico, quod Papa poteſt præcipere Ciuitatibus, ut exhibeāt ſua ſtatuta, ut ſi quid eſt, ibi corrigendum, corrigant, ut. ff. de extraordin. crimi. l. ſub prætextu, ubi Bartol. Ergo apparet ex ſupradictis per nos, quod omnia hæc ſtatuta ſunt ius ciuile, non autem ius prætorium, prout ius Prætorium dicitur quando ſunt condita ex toto ſubditis eccleſiæ, per ea quæ ponunt ſcrib. in l. 2. in princ. ff. de verb. obligat. Roll. à Valle tract. de lucro dotis. q. 2. Et caue, quia ubi ſtatuta ob confirmationem poſſent dici papalia, nō poſſent Bononienses reuocare illa abſque conſenſu Papæ, Bald. in l. omnium verſic. item nota. C. de teſtam. Rom. in confi. 116. colum. 1. & Bero. confi. 187. nu. 40. lib. 1. habetur per Cano. in c. dilecto de præb. ſed omnino de hoc paſſu multa ad modificationem. Vide in confi. Ceph. xxxvij. incipit, quaeritur nunquid. per totum illud, quia pulchrum

chrum est consilium. traditur materia in c. cum accessisset de constitution. vbi Decius diffusè limitando, vt videre poteris.

¶ Obseruari. Dicebat Bal. in l. omnes populi. col. 3. vers. item dico, quòd magistratus, de iust. & in. quòd iudices tenentur obseruare statuta, sicut subditi pacta, arg. ff. de legib. l. sed & ea, aliàs faciunt litem suam, nec ligantur auctoritate statuentiù, sed auctoritate iuris communis approbantis statuta. C. de ueteri iure enucleand. l. 1. §. & quia omnia nostra facimus, & hoc modo inter laycos Episcopus obligatur ad obseruandum statuta laycorù, si sint rationabilia, idest super bono, & equo fundata, aliàs nò, ita intel ligatur, quod no. ff. de po stu. l. ex ea. & in c. 1. de no. oper. nunciat, ubi Ioan. And. in nouella. & ad id præstant iusiurandum, ut in auth. iusiurandù, quod præstatur ab ijs. Addo D. Iulium Scarlatinum ponderantem hanc clausulam in quodam suo conf. in l. to inter consilia diuersorum criminalium in 1. Tomo Ziletti 112. nu. 18.

b ¶ Cum salariis. Hæc est quædã feudi species, temporalis quidem, & non habes perpetuam naturam feudi, sed potius similitudinem feudi soldatæ, seu feudi guardiæ, de quibus in titu. quis dicatur Dux, uel Marchio. §. soldata, nihilominus uides eos pariter astringi ad præstadium fidelitatis sacramentum.

c ¶ Ciuium Bonon. Hoc quàm equissimum est, & etiã à iure canonico fuit consideratum. c. ne emeritis. c. nullus 61. distinct. habetur per Abba. in c. ad decorem de Inst. & per Ioan. de Selua. in tract. de beneficiis. q. 26. tertia partis principalis, de qua una cum aliis auctoritatibus, & maxime Barba. in conf. 23. in 1. uolu. col. 7. meminit Cassane lib. gloria mundi in 1. par. confid. 22. vers. finali, &

dicit tex. c. hortatur. 71. distinct. quòd aliunde ueniens presbyter non suscipiatur, nisi ibi sit consecratus, uel per commendatitias literas notus sit. stipulatur his, quia iure cautum, est quòd Episcopus debet eligi de numero clericorum illius capituli, si modo in eo ca.

idoneus repertus fuerit. c. cum inter canonicos de elect. ubi Doct. Vide quæ circa ista congerit ampliãdo, & limitando. Pet. à duenas in suo tract. Regularum in uerbo Diocesani. Hinc est quòd si forensis impetret beneficium, nec facit mentionem se foresem esse, gratia dicitur subrepticia, quia in dubio Papa, uel Episcopus intendit providere his, qui sunt illius patriæ, ubi beneficium esse dicitur, glo. singularis secundum Abb. in c. si proponente, de rescri. cuius opinionem defendit Corsetus in singularibus. in uerbo subreptio, aduersus opinionem Barba. uide Barbat. met. in conf. 57. lib. 1.

d ¶ Collationes. Collatio in proposito nostro propria est iuris in beneficio aliquo translatio libera, quia habens collationes beneficiorum nò tenetur conferre illi, uel illis, sed cui uidebitur, & ob hoc potest esse diuersa ab institutione, quæ potest etiam adaptari ad translationem iuris in beneficio nò liberam, quæ est quãdo ad presentationem patroni aliquis instituitur, nam ibi trãsfertur ius plenum ab ordinario, cum patronus nullum ius spirituale transtulerit, at tamen illa translatione est non libera, quia superior, tenetur illud ius conferre in presentatum, modo sit idoneus Abba. in c. auctoritate de inst. Possent igitur dubitari, an in hac bulla comprehendatur hæc collatio impropria, & forte idem, arg. c. hortatur. 71. distinct. ubi gloss. & clarius Archi. dicens, quòd si patronus presentauerit de aliena diocesi, potest epi

scopus

scopus eũ repellere, si in Diocesi reperitur idoneus. Et cum sit beneficium Principis tanto fortius deberet ampliari, cogitari poterit, seruit in simili, quòd commissarii electi ad distribuendum elemosynas pauperibus, non possunt dare extra neis, Bart. ita not. in l. fi.

C. de annoniis ciuilib. lib. 11. nam prima charitas incipit à seipso, & à suis gradatim.

¶ Fidem. Nota fidem, quia aliqua conceduntur, propter fidem, quæ aliàs non concederentur, ut transeant in exemplum aliorum, & fides facit de non capace capax, uerba sunt Barto. & Iaf. 2. no. l. 1. C. de præcibus Imper. offer. per illum text. ibi

laudabilis fidei exemplum, Item notabis, quòd cum concessio hæc sit ob remunerationem non deberet posse, saltem ita de facili, reuocari, quia priuilegium fuit commensuratum ad factum præstitum, & sic satis ex hoc dicitur transiisse in uim contractus, Bal. post Nico. matarelli in l. qui se patris col. antepenul. vers. Nisi prætextu. C. unde liberi. meminit Rui. conf. 130. nu. 15. lib. 5.

b ¶ In aduentu. Placet mihi huiusmodi specificatio, quia magis proficua est quàm illa generalis meritorum, quæ potius ex stillo notariorum apponi consuevit, ut per plura concludit Afflictus in titu. quæ sint rega. nu. 23.

c ¶ Scientia. Hæc clausula si non exprimitur, regulariter non subintelligitur glo. fina. in clem. Et si principalis de rescrip. pro singulari reputata & Abb. in c. ad hæc nu. 7. de rescrip. Alex. conf. 99. uidetur: uers. ul. & conf. 102. uolu. 4. & clarius Alex. conf. 11. alias consului col. 1. lib. 7. & conf. 59. uisio instrumento. nu. 8. lib. 1. ubi loquitur de confirmatione nostrorum statutorum à Nicolao Papa, in qua non legebatur ista clausula. Sunt tamen casus in quibus colligi potest euidenter aliquid fuisse ex certa scientia, licet non sit expressio facta, quos congerit post Alex. d. conf. Deci. in c. porrecta. col. fin. de conf. utili, uel inuti. Et nota quia bene nobis licet disputare de scientia Principis, & uoluntate, licet non de potestate, quia quãdoq; errat in facto, ut gl. in c. 1. de renun. in 6. Vide de materia huius claus. Io. Rub. cõsi. 16. col. 2. Vide ad perfectionem quæ posui in gl. approbamus. Et 24. effectus quos operatur ista clausula, ponit ille tractatus qui ascribitur Portio in prima regula. lib. 1. quos omnino discurras, maxime propter statuta annullantia iuramentum.

d ¶ Ac potestatis plenitudine. Hæc sunt uerba Roma. sing. 157. incipit dixi alias, quæ nunquam Princeps præsumitur uti potestate absoluta, sed ordinaria, ut dicit Inno. c. innotuit de elect. nisi apponat, clau. ex certa scientia, quia tunc præsumi-

tur uti potestate absoluta, glo. est in d. c. ad hæc in uerbo elegit de rescrip. quæ est singularis, & non alibi sentit Bal. in l. eos in principio de appe. Dixi plura in commento priuilegium. D. D. de Campegio in glo. plenitudine, inter alia dicendo, quæ ue

ra plenitudo potestatis refidet in Papa tantum, qui longe plura, potest, quæ Imperator in suo dominatu, id quod forte sentit Decius conf. 498. nu. 28. col. fin. Nam habet utrumque gladium, unum in actu, spirituale, quem nullo modo habet Imperator, alterum scilicet temporalem saltem in habitu, ut habetur per Doc. in c. nouit de Iud. & in c. ad hoc de foro comp. & in c. per Verab. qui filii sint legitimi, & hæc sunt nota etiam Lyppis.

e ¶ Contractus. Effectus est, ut Princeps ligetur, nec possit reuocare, etiam de plenitudine suæ potestatis, secundum Paulum Castrè. in l. digna uox. C. de legib. Decium conf. 48. col. penul. vers. quarto, Bal. in l. donationes. C. de dona. inter uirum, & uxor. Ant. de Butrio. c. 1. col. 1. vers. idem si transit extra de const. & in c. At si clerici. §. de adulteriis col. ult. vers. an autem, de iud. Bart. in l. omnes populi in 3. q. vers. circa primum de Iustis & iur. Addo & Iaf. in l. Barbarius col. 6. vers. 12. facit de offi. præf. & quid mirum, cum & Deus Optimus Maximus ligetur sua promissione, ut magistrum sententiarum dicere ait Bal. in l. 1. ff. de pactis, ac Alciatus conf. 450. col. 1. Limitat tamen Iaf. ubi supra, nisi Princeps reuocet ex causa pacis, uel alterius magnæ utilitatis publicæ, glo. in c. placuit 90. dist. Pau. Cast. in d. l. digna uox. uel etiam forte de potestate illa sua absoluta, ut diffusè congerit Bero. com. 146. col. 3. lib. 3. Imò dic, quæ si non fuisset expressum nihilominus ex supra narratis deprehenderetur, dum dicit ob deuotionem, & fidem, ut ibi diximus, & sic propter merita, ad Rom. cõf. 436. incip. quod indultum, uers. septima est, Rui. cõf. 217. col. 3. vol. 1. Grãma. Deci. 65. nu. 22. & 28. ubi multa allegat, maxime Bal. in l. qui se patris col. 7. C. Unde lib. de quo per Soc. conf. 4. col. 2. lib. 3. ubi ponit declarationem ex mète aliorum, si modo merita sint æquivalentia indulto, & gratiæ. Ad de prædictæ materiæ de contractu Principis Barba. conf. 1. col. 2. lib. 1. & Afflictum in const. regni incip. priuilegia col. 11. lib. 1. & Cataldi. de Boncomp. tract. de potestat. e Papæ nu. 26. vers. plus dico, & Corf. sing. incip. Quasi contractus, & Tirag. in l. si unquam in glo. d. onatione largitus. C. de re uoc. don. & pũctualiter de præfenti clausula istius confirmationis meminit Gozadinus in conf. 101. nu. 8. Et adde dictum sing. Bal. in tit. de pace consuet. §. Amplius in uerbo successorum, ubi dicit, quæ nec

nec per contractum, nec per gratiam potest princeps in preiudicium successorum alienare ea que sunt de regalibus regni. refert pro sing. Soci. in cons. 5. citato colum. 2.

¶ Inter, nos. Posset hic oriri dubitatio ex hoc verbo. Nunquid successor teneatur observare contractum hunc, quia differentia est dicere inter sedem apostolicam, & dicere inter nos ad c. si gratiose, de rescrip. in 6. Nam ut successor teneatur, opus est, quod contractus fuerit celebratus nomine dignitatis, non nomine proprio, ut firmat Abb. & Fely. in c. 1. de proba. & clare Bal. & ibi quoque Iaf. in l. 1. ff. de consti. princ. ratio quia successor non habet causam a defuncto, sed ex electione. c. licet de consti. cap. ubi periculum. eo. tit. in 6. c. venerabilis de elect. c. ad Apostolicam sed. tit. in 6. Sed de facili soluitur dubitatio, quia necessario habemus repetere, vel supplere verba illa supra expressa, & sedem apostolicam.

¶ Constitutionibus. Nomina diversa ponit in Rubrica de const. Decius, Tu recurre ad eum locum semper.

¶ Statutis. Per clausulas generales non obstantibus legibus, vel constitutionibus &c. non censerentur sublata statuta locorum sed oportet specificare, & ulterius progredi, saltem dicendo. Non obstantibus statutis, & consuetudinibus, ut late probat Curt. Sen. cons. 35. nu. 37.

¶ Consuetudine. De qua consuetudine loquitur hoc in loco videbis ad longum Decium cons. 11. nu. 10, ex cuius verbis ampliabis glo. istam, ubi inter alia dicit, quod nunquam per talem derogationem censetur exclusiva consuetudo interpretativa, quia reputatur optima legum magistris, iur. vulg. & etiam quando est

ter nos et civitatem Bonon. habeant. Ita quod illis nunquam derogari possit, nec derogatum esse censeatur per quascunq; clausulas in quibusvis litteris Apostolicis pro tempore appositis decernimus. Non obstantibus premissis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Statutis, & dicta Civitatis Stilo, & consuetudinibus omnibus, tam presentibus, quam futuris, ac provisionibus Apostolicis, et aliis, etiam dilectorum filiorum Quadrageinta virorum status libertatis ecclesiasticæ, ac Sexdecim virorum Reformatorum status dicta Civitatis, preterim vna de Anno. M. cccclii. edita, iuramento confirmata, Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoq; , et indulgentiis Apostolicis eisdem Legato, Quadrageinta, & Sexdecim forsitan concessis, etiam si ad illorum derogationem, de illis eorumq; totis tenoribus de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas solum importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis, aliis in suo robore permanentibus hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunq; .

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, confirmationis, mandati, statuti, ordinationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

¶ Datum Bononia Anno Incarnationis

set consuetudo tanti temporis cuius non extat memoria in contrarium, quod habet vim privilegii; Vide etiam Gratum cons. 16. num. 21. lib. 1. dixi tamen supra contrarium post Rom.

¶ Indultis. Vel synonyma sunt hæc duo verba, vel hoc significat quando pena remittenda venit, alicui, vel aliquo modo dispensatur, ad not. per Arch. in c. indulgentia de penit. & remiss. in 6. & 2. q. 2. c. si constet autem, quod privilegium proprie est quando aliquid contra legem conceditur ad differentiam beneficii, ut late tradunt Moderni in l. ulti. num. 25. de const. princ.

¶ Legato. Per clausulam non obstantibus non intelligitur derogatum privilegium concessis aliis privilegiatis personis etiam si diceretur in clausula. Et si talia essent de quibus oportet facere specialem mentionem. Necessarium est ergo, quod fiat singularis, & individua mentio. Cyn. in l. 1. C. quando Imper. inter pupill. & vidu. Ioa. Maria Rimi. consil. 73. num. 26. lib. 1. &c.

¶ Datum Bononia. Hæc verba videtur necessaria, ut sciatur tempus gratia, glo. in data lib. 6. & in c. inter dilectos de fide instru. & voluit Specu. tit. de instru. edit. §. instrumentum in verbo commemoramus in princ. & licet Ioa. And. in mercurialibus dixerit in litteris Romani Pontificis, nec in dictionem, nec annos Dominice natiuitatis, siue incarnationis expresse non opponi, sed tantum creationis sue, tamen, ut hic vides aliud servatur, licet antiquitas tantum indictio poneretur ut in d. c. inter dilectos.

¶ Incarnationis. Videretur quod non ab incarnatione, sed a natiuitate sic fienda computatio, ut in l. qui in utero. ff. de statu homi-

& maxime, quia illud est tempus quo nondum anima infusa est in utero. l. antiqui. ff. si pars hereditetur. l. si pater. ff. de solutionibus, sed responde quod contraria loquitur in alijs. In Christo autem speciale est, quia subito salutata Virgine ab Angelo anima infusa fuit miraculo diuina potestate. Alii incipiunt a circumcissione. Alii a natiuitate, Alii a Klend. Octobris, ut fiebat ante aduentum Christi, Specul. in tit. de instru. edit. §. 11. col. 2. dixi latius in privilegio legitimationis Cæpigi concessio.

¶ Klendas Decembris. Id est 22. Nouembris quia totidem dies supersunt, ut dicamus Klendis Decembris. Qualiter autem Idus. Nonas, Klend. reperi re possumus vide Ioanem Andream in data. 6. libri.

¶ Pontificatus. Quando dicatur Pontificatus. An a die electionis, an a die coronationis? Vide per eundem Io. And. in d. loco in glo. Pontificatus, qui dicit, quod, quicquid dici possit de iure, de stilo curia est, quod initium summatur a coronatione, quia dies coronationis dicitur ortus imperii. l. ulti. in fine. C. de quadri. preser. sed ante coronationem. PP. scribit, Data a suscepto a nobis Apostolatus officio Anno tali, nec scribit se episcopum simpliciter, sed electum Episcopum.

¶ Bulla. Parisi. cons. 71. nu. 48. uol. 3. & Marianus Soci. lun. cons. 31. Consideratis his, quæ in The mate. versic. sed quinto & ult. nu. 44. in 3. uol. dicit, quod tota hæc bulla non fuit usu recepta merito compilatores non curarunt imprimi in uolumine presentium statutorum, tollendo fundamenta. Gozadini, in cons. 16. quia auctoritates, & iura eius non dicunt precise istud, quod præsumatur moribus utentium recepta constitutio posteaquam fuerit publicata, tantum dicit, quod bene præsumitur cognita, & intellecta. Cane tamen, quia nunc reperitur impressa de consensu superiorum in calce constitutionum Rotæ Bonon. & certe ad nullum alium finem, nisi ut obseruetur

tur, aliis dici possit, ut quid membranas occupat. iux. c. si Romanorum 19. dist. Rui. autem in cons. 5. in fi. lib. 5. dicit quod saltem in ea parte, qua agitur de annullatione iuramenti potest dici usu recepta, licet in alijs partibus non fuisset recepta,

Dominicæ Milleesimo quingentesimo decimo, Decimo Klendas Decembris Pontificatus nostri Anno Septimo.

¶ SECUNDA Bulla eiusdem Iulij ad corroborationem, & augmentum predictorum, Et super causis ordinariis, Et Registro instrumento rum.



VLIVS Episcopus Seruus seruorum Dei ad perpetua rei memoriam. Sincera deuotionis affectus, & incon-

cussa fidei constantia, quibus dilecti filii Communitas, Ciues, ac Incolæ, & habitatores Civitatis nostre Bonon. & in illius districtu habitantes erga nos, & Romanam Ecclesiam hæcenus laudabiliter claruerunt, & adhuc de bono perseuerantes in melius fulgere noscuntur, spem nobis præstantiorem pollicentes, merito nos inducunt ut petitiones eorum, in iis præsertim, quæ in ministranda iustitia procul exclusis fraudibus eiusdem Civitatis pacem, & quietem, ac commoda producere ualeant, ad exauditionis gratiam fauorabiliter admittamus. ¶ Sanè pro parte Communitatis, Ciuium, Incolarum, & habitatorum, ac Districtualium predictorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet nuper per alias nostras literas pro-

quod aliquibus non uideatur placere, quia in dubio una, & eadem res non debet diverso iure censi. Adde quæ subiungam infra in glo. atque, ubi referam quandam responsionem Augu. Bero. dicentis, quod lex non tollitur per non usum, sed per contrarium usum, per allegata ab eo, quæ responsio non eneruat argumentum.

¶ Iustitia. Quæ quidem est Regis proprium, cap. Regis officium 23. q. 5. ubi subditur, quod & debet liberare de manu calumniantium oppressos, & Peregrinis, pupillis, & viduis, quæ persone facilius seducuntur a potentiorebus, exhibere auxilium, unde iure merito Regibus, & Principibus debetur fidelitas. cap. si apud ead. caus. & q. & subiectio. & tributi solutio xj. q. 1. c. si tributum; & cap. magnū, & q. 1. c. si dominus, cum seq. Ex quibus inferat Afflic. in Rub. Quæ sint regnume. 32. quod propter Iustitiam quam facere debet Rex in administrando, debentur regalia, & si non faciat iustitiam, possunt sibi denegari impune.

¶ Pacem. Concordat. tex. in auth. ut Iud. sine quoquo suffrag. in princ. ibi, ut nostri subditi sub omni quiete consistant, & sollicitudine liberati, nobis in nos metiplos pro omnibus cogitationem suscipientibus per omnem curiositatem, & inquisitionem subtilem discurremus, illa agere querentes, quæ utilitatem nostris subditis introducendo omni eos onere liberet, & omni damno extrinsecus illato.

¶ Gratiam. Hic nota uocari gratiam, & fauorem id quod fit ex debito; sed solue, ut per glo. in c. sedes apostolica de rescriptis, ubi dicitur quod totum, quod facit Papa potest dici gratia, iuxta illud

Vniuersa via Domini Misericordia, & veritas, quia ubi iustitia seruatur, ibi misericordia adhibetur. xl. distin. c. discipli-
na: Et hodiernis corruptis temporibus multum est condonandum gratia, ubi iustitia administratur, per quam ita iudicatur magis, sicut paruus iux. sacrae scripturae, canonum, atque legum Ciuium documenta.

a ¶ Subterfugere. Prout est reorum natura, unde alibi appellatur pars fugiens a Iustini, in l. properandum. §. & siquidem ubi glo. C. de Iudiciis, sed quae hic dicuntur possunt etiam conuenire actoribus, qui malam foueant causam.

b ¶ Inopia. Ad ea, quae leguntur, & notatur in l. Titius. ff. de procurat. ubi propter inopiam non potest quis se defendere; Item etiam excusatur quis a prosecutione appellationis in auth. ut hi qui ingred. ad appell. §. 1. per Abb. in c. ex ratione nu. 5. de appell. & est uulgatus locus Rom. in l. si uero. §. de uirō solu. mat. in fall. propter paupertatem, & in multis locis reperies ista tractata, & congesta omnibus notis.

c ¶ Et simulatione. Pro eodem significato, quo & fictio, quae est de re non existenti, pro existenti a iure assumptio secundum diffinitionem a Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de usufructu. & inter contrahentes plus debet ualere, quod agitur in ueritate, quam id, quod simulate concipitur iux. uulg. Et simulationes istae, & simulationes sunt plerumque in fraudem usurarum. c. illo uos. de pignori. & c. ad nostram de emp. & vend. extat notissimus. D. B. Cepolae tract. de simulatione contractuum.

d ¶ Numerationis. De qua exceptione habemus tex. in l. in contractibus. C. de non numerat. pecu.

e ¶ Comprimere. Sic in prohem. inst. in princip.

f ¶ Releuare. Sic in c. Clemens. 8. q. 1. ubi qui omnibus praestit singulos iuuare, & singulos releuare debet, quia singulorum onus, & sollicitudinem portat.

utilitate, pace, commodo, & quiete eorundem Ciuitatis, Ciuium, & Incolarum alias statuerimus, & ordinauerimus, quod omnes lites, causae, & controuersiae dictae Ciuitatis per ordinarios secundum statuta ipsius Ciuitatis deputatos Iudices cognosci, & decidi deberent: tamen a nonnullis quarentibus subterfugere, & aduersarios sumptibus, & expensis fatigare, & eos ita cogere, ut a persecutionibus iurium suorum desistant, non ualentes in curia inopia, & aliis diuersis de causis litigare, & tam in prima, quam in ulterioribus quotcumque instantiis protrahere nituntur, causarum commissiones & etiam ab interlocutoriis, & processu ad ulteriora, & alijs quandoque factis grauaminibus appellantes, Iudices suspectos accusantes, aduocationes causarum, & citationes cum inhibitionibus a nobis, & in curia, ac etiam in foro Auditorij Rotae fieri, & quodcumque aduersarios eorum supplantantes, & quandoque praecurrentes causas in partibus illis minus peritis, & in expertis, ac alias impetratis fauorabilibus Iudicibus committi obtinere procurant. ¶ Atque nonnulli praetextu absolutionis a iuramentis per eos in instrumentis appositis de instrumentorum fictione, & simulatione, & quod in fraudem usurariae prauitatis, uel quae sub spe futurae traditionis, uel numerationis habuisse coeserunt, ab Ecclesiastico inhibitionis decreto obtento, instrumentorum executiones per laycos Iudices fieri debitas protelare, & euitare nituntur, ¶ Quodque instrumenta quae secundum prouisiones superinde aeditas registrari debent ob temporum calamitates, & alijs diuersis de causis registrata, & praesentata non fuerint, & de illorum inualiditate propterea deduci possit, & quamuis ex superinde aeditis statutis, & prouisionibus in causis ad sententias deueniri non debeat, nisi authentico registro processus Iudicibus per Notarium dato, quod in desuetudinem abiit, quo fit ut inde multa scadala oriatur, cum saepenumero occultetur, & deperdantur originalia processuum, & facilius detur materia falsitatum committendarum, Iudicibus quoque de meritis causarum, & ualiditate processuum ita liquido sicut decet constare non possit, in grauissimum eiusdem Populi damnum, & detrimentum. Quare pro parte dictorum Ciuitatis, Ciuium, & hominum, ac incolarum nobis fuit humiliter supplicatum ut eis super istis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. ¶ Nos igitur ad quos spectat prouidere ne fraudes, & detrimenta praesertim in eadem Ciuitate nostra, & illius comitatu fiat, talium personarum audaciam comprimere, ac Ciuitatem, ciues, incolas, & homines praedictos, quos ob eorum singulari erga nos & S. R. E. statum, si deus, & deuotione peculiari dilectione prosequimur, ad huiusmodi fraudibus, damnis, & incommodis releuare uolentes,

- a** ¶ Excommunicationis. Haec absolutio fit ob id, quia rescriptum continens gratiam, uel iustitiam non ualeat, si impetretur ab excommunicato. c. 1. de rescriptis in 6. habetur aliquid per Io. de Lign. in tract. de cens. eccles. §. 16. uersu. quid si excommunicatus, & quidam alius Nicolaus Plomus in tract. de excom. sub Rub. de effectu excommunicationis, & Beatus Antoninus in tract. de excommunic. c. 76. uersu. 8. & seq.
- b** ¶ Interdicti. Ex hac diuersitate uocabulorum etiam diuersitate effectus notabis. Nam appellatione censurae ista tria comprehenduntur. c. quarenti. de uerb. signifi. Excommunicatio autem, & interdictum respicit laycos, & clericos, suspensio autem clericos duntaxat. Excommunicatio tamen, & suspensio non possunt ferri nisi in singulares personas. Interdictum uero contra regna, Ciuitates, uniuersitates, & Collegia: Quae omnia ordinate prosequere in celeberrimo tractatu Beati Antonini Archiepiscopi Florentini de interdicto ecclesiastico.
- c** ¶ A iure. Sunt quinquaginta casus enumerati per Io. And. in c. eos, qui de sent. excō. lib. 6. in gl. 4. in quibus incurritur sententia excom. ipso iure.
- d** ¶ Duntaxat consequendorum. Dicit Felin. in c. apostolicae num. 2. de except. quod tales absolutiones non sunt reales, sed uerbales, cum istos non poeniteat. Unde expedito actu propter quem absoluuntur reincident in eam. quod nota tu Iuuenis.
- e** ¶ Iuramentis. Ecce quomodo hic expresse annullat instrumenta, etiam iurata celebrata contra dispositionem statutorum, id quod ita clare non apparebat in prima Bulla eiusdem Pontificis. de alijs autem actibus iuratis tendentibus contra formam statutorum nullum uerbum. Sed tu circa hanc partem uidebis, quae scrib. Alciatus conf. nonagesimo quarto. incip. placet mihi, ubi dicit, quod Papa non potest impedire iuramentum praestandum, quia praestatur Deo arg. c. ad Apostolicam extra de regula quae fuit opin. Abb. in c. cum contingat col. 3. uersu. quandoque lex ibi quinimo est lex canonica & c. de iure iur. Sed puto quod alij doctores praesupponant contrarium, me remitto sanctis doctoribus Theologis.
- f** ¶ Reiecta. Scilicet tanquam iniusta

tes, ac eorum singulos a quibuscunque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alijs ecclesiasticis sententiis, & poenis a iure, uel ab homine quauis occasione, uel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt ad effectum praesentium duntaxat consequendorum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuae constitutionis edicto, ¶ Statuimus, & ordinamus, quod omnia, & singula statuta, & ordinamenta de quibus in alijs dictis nostris literis fit mentio, legitime tamen hactenus duntaxat aedita, & facta de caetero inuolabiliter obseruentur, & secundum in illis disposita per iudicantes de quibus in eisdem tantum, iustitia ministretur, etiam si contractus, uel instrumenta contra alicuius eorum dispositionem, & formam ad illorum validitatem iuramentis firmata, & roborata reperirentur.

¶ Quodque nullus ciuis, incola, uel habitator Ciuitatis, et comitatus eorundem, tam in prima, quam in secunda instantiis coram alio Iudice, uel alijs Iudicibus, quam a statutis ipsis deputatis ad iudiciu, siue actor, siue reus fuerit nullatenus trahi, & per Iudices ipsos secus, uel alias quam per statuta ipsa disponitur procedi, decidi, & iudicari possit, sub penis in ipsis statutis comminatis, & sic tractos ad comparandum non teneri, & contra, uel praeter praedicta facta quaecunque nullitatis uitio subiacere, & de nullitate huiusmodi quodcumque, etiam si de executione tractaretur, obici posse.

¶ Et ut causarum commissiones quae a nobis, uel successoribus nostris, & alijs quibuscunque a sede Apostolica potestatem habentibus, & habituris, uel alias quomodocunque, cuicumque Bononiae commoranti factae fuerint, censeantur, & sint, & habeantur ipso iure pro factis, commissis, & deuolutis ad Priorem Collegii dictorum Iudicum dictae Ciuitatis, cum quatuor per eum de Doctoribus dicti collegii eligendis consultoribus, datis a partibus suspectis, & confidentibus, & partibus non concordantibus per ipsum Priorem, & earundem audiendarum, & decidendarum, perinde ac si literae, ac commissiones ipse eisdem Priori, & consultoribus directae, & factae fuissent. ¶ Et quod per laicos Iudices instrumenta alias secundum iuris, & statutorum praedictorum dispositiones exequenda, reiecta quacunque inhibitione, per Ecclesiasticum Iudicem sibi faciendae, occasione petita a iuramento absolutionis, & deducta fictionis

(firmo tamen manente processu, & illius prosecutione coram ipso ecclesiastico, et in euentum sententiæ in fauorem absolutione petentis, fictionem, & seu non numeratione ducentis, cum exequenda fuerit) debita executioni demadentur, præstita tamen per executiones instrumentorum petentes, si non obstante inhibitione Ecclesiastici Iudicis ad executionem per laicos præcedi uoluerint, idonea cautione de præcedendo, & exequendo quicquid per dictum Iudicem Ecclesiasticum postea iudicabitur. ¶ Quodque Iudices in aliquibus causis summam librarum uiginti quinque Bonon. excedentibus sententias fere non possint, nisi habito prius a notario processu registro autentico. Cui Notario de competenti mercede a statutis ipsis ordinata, a partibus satisfieri debeat, & ab altera ex partibus uera, & integra mercede soluta, habita cedula ab ipso Notario de eo quod solutum fuerit, parte ipsa non soluente ipsi parti quæ soluerit infra decendium postquam de mandato Iudicis coram quo causa uentilabitur interpellata fuerit statim secuturum, pars ipsa non soluens partem suam dicti registri realiter, & personaliter ad partis soluentis instantiam, de mandato eiusdem Iudicis grauari, & compelli possit. ¶ Nec non per quemcunque ecclesiasticum iurisdictionem habentem excommunicari, ac donec soluerit audiri non debeat, & in eius fauorem sententia ferri non possit. ¶ Et insuper Correctori, & Consiliibus societatis Notariorum, ac superstiti Registri eadem Apostolica auctoritate potestate, & facultate concedimus prouidendi quod non registrata instrumenta registrentur, & ualidentur, & pro futuris et statuendi ita, & taliter quod omnino registrentur, sine tamen alicuius præiudicio, & quoad futura duntaxat. ¶ Quodque concessionibus, et literis huiusmodi de rogari non possit decernimus, et declaramus. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus, et singulis alijs quæ in prædictis alijs nostris literis uoluimus non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ Absolutionis, Statuti, Ordinationis, Decreti, & declarationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

¶ Datum Rauennæ Anno Incarnationis Dominice MDX. Octauo Idus Martii Pontificatus nostri Anno Octauo.

Sigismondus.


ad ea quæ habentur per Ang. in l. 4. §. 1. condemnatum uerfi. Et per hoc dico tibi ff. de re iud. ubi est Alex. col. 4. uerfi. 4. limita. allegant Inno. in c. cum in iure peritus, de off. del. g. Nā constat de iure, quod solus recursus ad episcopum non impedit executionem sententiæ, ut ibidem habetur. At cum facta est inhibitiō illa deberet timeri licet iniusta, ad quod uide, quod ponit Thomas ferratius cautella. 54. ubi in proposito præsupponit, quod iudex secularis absque inhibitione deberet superferre uide las. in l. 1. col. 1. C. de bonorum poss. secundum tabu. at per hanc bullam sublata est difficultas.

a ¶ Attentare. Est autem attentare inchoare ausum est facinus, licet non ad effectum perductum & ita sumus in materia. l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & in tract. Fel. de conatu. b ¶ Præsumpserit Hoc uerbum sumitur aliquando pro coniectura, aliquando pro actu, qui patrauit presumptuose, & temerarie contra uoluntatem superioris Abbas in c. decernimus in 2. col. uerfi. not. 2. de iudicis, & ideo si quis uenit contra canonicam præcipientem, Ne quid fiat, & utatur uerbo præsumpserit faciendo contra legem, uel canonem, non ex contemptu, uel ignorantia illud uerbum non operatur contra tales, quia natura illius uerbi est, quod presumptuose contrafaciat. exemplum, si quis fecerit contra dispositionem Clem. de priuilegijs quæ utitur isto uerbo præsumpserit non ex contemptu, sed per ignorantiam excusatur, ut ibi per D. Card. 38. q. afferens, quod alias liberauit religiosum a poena illius clem. Vide Cald. in titu. de sent. excom. conf. 4. incipit. sacerdos parochialis. Adde Fel. idem tenentem in Rub. de præsump. Veruntamen in proposito nostro decisio clara est, quia præcedunt illa uerba ausu temerario & c. ad d. l. si quis in tantam. C. unde ui.

F I N I S.

Hæc ad perpetuam rei Memoriam summam aureis literis in quodam Diui Petronii peristillo pone sacellum. S^{mi}. Corporis Christi insculpta uisuntur.

.L.



.S.



Vcusque licet, si commoda hæc grandia spectatum uenis, quæ Iul. I. Pont. Max. Tribunis Pleb. Tabel. ac Mercatoribus, cæterorum, nec non opificum collegijs probitate sua indulgit.

¶ Frumenti omne genus ad xiiii. Calen. Nouembris. MDX. usque ad Calen. Ianuarij. MDXI. Immunis molito, Ultra uero illud tempus singulis corbibus librarum. CXL. pretium duorum solidorum

argenteorum maneto.

- ¶ Portarum uectigalia dimidio minora quam antea summito.
- ¶ Summam pecuniarum ex agro Bouum causa quotannis erogari solita in aliud munus agricolis non perinde graue commutator.
- ¶ Ex attrito Castrisibus stationibus agro inde nec fœnum militibus, nec paleas uehuntor.
- ¶ Causæ ciuiles, & capitales ab ordinarijs Iudicibus solum & solenniter audiuntor.
- ¶ Captiui publico tantum carceri addicuntor.
- ¶ Municipaliaque passim omnia tam foro ciuili, & Criminali, quam mercatorio, & fabri deseruientia committuntor.
- ¶ Ac nemini preterquam publico exactori multatitium æs asseruandum dator.
- ¶ Probata post semestre a criticis in prætorem semel sententiæ, firmæ, & rata habentor.
- ¶ Oppida, Arcesque extra pomerium sitæ biennio tantum, & a Bononiensi duntaxat ciue custodiuntor.
- ¶ Cuncta insuper sacerdotia exteris, alienigenisque ne conferuntor.
- ¶ Nemo Iudicum, Prolegatorum, Legatorumue his Apostolicis indultis, Priuilegijs aduersantor.
- ¶ Et si secus factum fuerit infectum Esto.

DECISIO.



Enuit Rota moderna, & ita iudicando obseruauit. Stantibus statutis ciuitatis Bononiæ, & eorum confirmatione apostolica in amplissima forma, de qua apparet roboratis, adiunctis maximè Rotæ prædictæ constitutionibus à mera interlocutoria, quam tuncq; grauamen irreparabile afferente per appellationem à diffinitiuâ sententia, non posse, etiam ad Papam appellari, quicquid allegaretur fuisse aliquando decisum in contrarium per Rotas procedentes, & per consequens appellationem pro parte Domini Bernardini ad Papam interpositam à quibusdam prætensis grauaminibus sibi per Magnificum. D. Prætozem huiusmodi cause principalis cognitorem (ut dicebat) illatis, & per Reuerendissimum Dominum eidem Rotæ commissam non deuoluere. Et mouebatur Rota Primo præmittendo quòd dispositis legis, uel statuti prohibitiua appellationis simpliciter, & indistinctè, dicitur etiam comprehendere appellationem ad Papam, uel Imperatorem interpositam, ut probatur. C. de lit. in noua eademq; causa. 3. prout in Rub. & in nigro, ubi dicitur simpliciter non licere alicui 3. promouere, nam absq; eo quod expresse fiat mentio de appellatione interposita ad supremum Principem, illa censetur prohibita deuoluti ad eum, ut præsupponunt Doct. ibi, & ubiq; eis uerbis uariis uoc. iuris cano. in c. si autem promouerem. §. si quis in quacunq; lit. 2. q. 6. & nihilominus nec ad Papam licet in eadem causa tertio promouere. c. sua nobis, & ibi tradunt Doctores de appellat. ut per Innoc. ibi circa mediū, Tūc sic, Statutum Ciuitatis Bononiæ circa appellationem disponens in §. quam quidem appellationem loquitur de appellatione tam ab interlocutoria, quàm à diffinitiuâ habita relatione ad principium statuti, quæ Statuta ut diximus sunt in amplissima forma ab ipso Papa confirmata, propter quod non est de Statuentium potestate, circa appellationis prohibitionem dubitandum, per ea, quæ tradit Barto. quem sequuntur ceteri in l. omnes populi in 3.

q. 3. q. princ. ff. de iust. & iure, & Bart. Ang. & Imo. in l. pen. ff. de aqua plu. ar. ubi tam per Alex. in appostill. Bal. & Saly. in l. fi. C. de sententijs & in l. fi. §. fi. C. de tempo. app. & per Cor. plura aggregantē. conf. 262. col. 5. uolu. 4. & Paris. conf. 95. nu. 42. & 43. uol. 1. Quòd statutum simpliciter, & indistinctè loquitur prohibendo appellationem ad alium posse interponi præterquam ad Reuerend. Dominum Bononiæ Legatum, uel Gubernatorem, sed etiam per uerba uniuersalia geminata quomodocunq;, & ad quemcunq;, & à quocunq;, appelletur, quòd appellatio ipsa deuoluatur ad Reuerendissimum Dominum Legatum, uel Gubernatorem, non ad alium, quæ uerborum geminatio facit in dispositione comprehendere etiam ea, quæ alias absq; geminatione non comprehenderentur uulg. l. Balista. ff. ad Trebell. & l. si stipulatus. ff. de usuris, per Fely. in l. si cautio. de sid. instrumen. cum simil. & eo magis, cum etiam in Statutorum conclusione. §. item quòd in quacunque, cauatur seruandum esse ius ciuile in casibus omisissis à Statuto, secundum quòd ius ciuile ad supremum Principem non appellatur omisso medio. l. i. §. si quis in appellatione, ubi Bart. & ceteri Doctores tradunt, & l. imperatores. ff. de appel. licet de iure canonico secus sit. c. si duobus, & c. sollicitudinem de appel. quibus fit ut omnino dicendum sit in dicto statuto comprehendere, etiam prohibitionem appellationis ad Papam, prout in terminis per hoc fundamentum sumptum ex dicta conclusione Statutorum, uoluit Romanus consil. 2. Visi Et hoc idem, quòd per statutum inferioris confirmatum à superiore remouens appellationem tollatur etiam appellatio ad P. P. interposita uoluit etiam Saly. in l. fi. in fi. C. de sentent. & interlocuto. & Cardin. Paris. consil. 95. nu. 43. sup. alleg. ubi indistinctè loquitur.

Secundo mouebatur Rota nostra quia si aliter diceremus utique redderentur omnia Statuta Ciuitatis Bononiæ prohibentia in multis, & uarijs casibus simpliciter appellationem, elusoria, & frustratoria, quòd esset subuertere omnia circa materiam appellationis in hac ciuitate, nam posset in casibus comprehensis sub Statu-

to de arbitrio Domini Potestatis Bononiæ ultra semel pro qualibet parte appellari ad Papam, similiter, & in causis executionis Instrumentorum. Item & in qualibet interlocutoria etiam, quòd nō inferret grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiuâ ultra semel posset appellari contra dispositionem statuti, Item in foro mercatorum in executione literarum cambij, & in multis alijs casibus, in quibus per Statuta Bononiæ prohibitum est simpliciter appellari appellando ad Papam redderetur inanis, & frustratoria prohibitio. Sed ubi dispositio statuti redderetur elusoria non sunt illius uerba aliquo modo restringenda, imò potius ne sequatur elusio amplianda, etiam ultra propriam uerborum significationem, quatenus opus sit, ut probatur ex not. per glo. & Doct. in c. quamquam de usuris in 6. & per tex. in c. si ciuitas de sentent. ex com. in 6. & habetur per Dominum. Rui. conf. 57. nu. 6. uol. 3. & conf. 24. num. 11. uol. 2. & faciunt tradita per Paris. conf. 70. nu. 4. & 5. & 15. uol. 1. ubi licet privilegium, uel gratia Principis intelligatur fieri sine præiudicio tertij. l. 2. §. merito, & §. si quis à Principe, & utrobique Bart. ff. nequid in su. publi. Fallit tamen quotiescunque ita intelligendo redderetur concessio elusoria, multo magis ergo in casu nostro, ne hoc sequatur, statui generaliter loquentis uerba debent generaliter intelligi iuxta eorum propriam naturam, ut comprehendant etiam prohibitionem appellationis ad Papam uulg. l. i. §. generaliter de lega. præstandis, cum similibus. Tertio, et hoc confirmari posse credebatur, quia cū admittantur, etiam tales appellationes ad Papam, committi posse per Reuerendiss. Dominum Legatum, uel Gubernatorem si diceremus in casibus prohibitis appellari, posset tamen appellari ad Papam, si queretur legem statuti prohibentis appellationem, esse impositam uerbis, non rebus, quia facultas appellandi tantum respiceret an appellans diceret ad Papam, uel ad alium, contra tex. in l. 11. in fin. C. communia de leg. & l. fin. & not. ibi per Bal. C. de usu. cum similibus. Quarto, & ultimo considerabatur data ualiditate statuti prohibentis appellationes, & earum

deuolutiones ad alium, seu alios, præterquam ad Reuerendiss. Dominum Legatum, uel Gubernatorem per superius adducta necessario dicendum esset constitutiones Rotæ in quantum disponunt, quòd à meris interlocutorijs non appellatur. Sed si allegetur grauamen esse irreparabile recurritur ad oēs Iudices Rotæ, non indiget aliqua alia confirmatione apostolica, quia cum ciuitas Bononiæ in personam Reuerendiss. Legati, uel Gubernatoris habeat utramq; appellationem uigore statutorum, ut est legere in d. statuto de appellatio. ut in §. & quomodocunque & §. secundas. Certe potuit Ciuitas ipsa cum autoritate Reuerendissimi Legati statuere, quòd non liceat appellari secundum Bartol. quem sequuntur omnes in supra alleg. l. penultim. ff. de aqua pluuiæ arcend. & in l. omnes populi de iust. & iure, & Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de sentent. & in l. fi. C. de tempo. appella. & in plerisq; alijs locis per Docto. quia non uidetur hoc casu statuere in præiudicium superioris, ut per Docto. in locis de quibus supra. Et per consequens constitutiones ipsas appellationem huiusmodi remouentes tamquam factas ab habentibus autoritatem in ea parte, præsertim esse seruandas.

Et ex prædictis uidebatur Rota de facili colligi posse responsum ad obiecta, quia in quantum obijcebatur inferiorem non posse tollere legem superioris, nec posse in eius præiudicium statuere per cap. uenientes de iureiurando Stantibus supra adductis non merentur in contrarium allegari, ex quo nos fatebamur inferiorem non posse: sed data confirmatione apostolica dictorum Statutorum in ampla forma cessat fundamentum cum uideatur, & ipse Papa, unà cum populo statuisse, ut dicit Saly. in d. l. fi. in fi. & Roma. in alleg. consil. 1. uersi. ad hæc omnia & c. Et quoad constitutiones Rotæ non dicitur per eas fieri præiudicium superiori ad quem appellatio non deuoluebatur stantibus Statutis præfatis approbatis. Ex quibus patet etiam non obstare decis. 10. And. in Addi. ad Specul. titu. de appellati. in §. nunc tractemus in princip. quæ in contrarium allegabatur, quia per

per constitutiones Rotæ, ut dictum fuit non derogabatur alicui iuri superioris ex prohibitione talis appellationis, ex quo per Statuta concessa fuerat dicta potestas populo in personam Reuerendissimi Legati per prædicta. Nec etiam uidebatur obstare quod dicebatur. Natura confirmationis erat tradere tantum robur confirmato, non autem illud extendere, & ampliare secundum Bald. in l. 3. C. si aduersus rem iudicatam, & in l. nominationes in fine. C. de appellatio. per text. in l. Aurelius. §. testamentum. ff. de libera. legata, quia illud procedit in confirmatione simplici, non autem in confirmatione facta ex certa scientia, & in ampla forma, prout est confirmatio statutorum Bononiæ, ex qua, & perquam non tantum datur robur confirmato, sed etiam illud extenditur, secundum Bald. in cap. ex parte in fine de constitutio. & in dicta l. nominationes, & in cap. primo in principio per quos fiat inuesti. & per Dominum Ruy. consilio 109. numero sexto, uolum. quarto. Ultra quod non potest dici statuto non comprehendere etiam appellationem ad Papam, ne reddatur elusorium, ut supra diximus, cum maxime proprietati uerborum generalium dicitur Statuti hoc conueniat. Minus poterat in contrariam sententiam Rota adduci ex illo consilio Goza. 101. a quo forte traxit originem opinio contraria, ex quo licet termini, in quibus ipse consuluit ualde distent à terminis questionis propositæ, maxime usque ad quintum fundamentum exclusiue, quæ facit ipse doctor pro opinione quam tenet, quia tamen postea plura alia fundamenta adducit contraria in proposito ad ea satis ex prædictis colligi possent responsiones, uidelicet dum inquit in generali dispositione debere intelligi excepta auctoritas superioris. Item non comprehendere ea, quæ sunt reseruata Principi: Item in generali sermone non uenire personam priuilegiatam, &

excellam. Item nec personam ipsius loquentis, & alias plures regulas similes, quia non merentur in proposito allegari, stante confirmatione prædicta Statutorum, per quam dicit ipse Papa prohibuisse appellationem, secundum Saly. in d. l. fi. Item, quia uerba prohibitiua appellationis non diriguntur ad iudicem, uel superiorem, sed tantum ad partem, ad quam pertinet actus appellandi, ut per Dominum Ruy. consi. 85. nu. 4. uol. 5. & hoc satis de se patet, ideo multum extra propositum est dicere in tali sermone prohibente appellationem non comprehendere illum, uel illum iudicem, quia ad eos non dirigitur sermo. Et pro certo in illis suis fundamentis est æquiuocatio maxima, ultra quod non procederent etiam in casu suo, ubi dispositio redderetur elusoria. Magis friuolum est etiam dicere, quod non posse appellari ad Papam, sit contra libertatem ecclesiasticam, quia ut dicit Io. And. in addit. ad Specul. loco supra citato appellatio non est inuenta ad fauorem illorum ad quos, sed ad fauorem grauatorum. l. 1. in princ. ff. de appell. c. cum speciali. §. porro extra eodem tit. Et hinc est (dicit ipse) quod appellatio potest omitti, & interpositæ renunciari, & de non interponenda pacisci, uidemus etiam quod de iure civili non potest ad Imperatorem cmissio medio appellari, & tamen nemo dicit in hoc fieri præiudicium ipsi, uel libertatem Imperij diminui. Præterea contra Gozad. adest auctoritas Roma. in d. consil. & Saly. in d. l. fi. & Paris. in d. consi. & est communis opinio Doct. tenentium appellationem in præiudicium superioris prohiberi posse per Statutum populi habentis utramque appellationem, præsertim si sit ab ipso superiore confirmatum; ex quibus omnibus intrepidè tales appellationes in dies contingentes non admittimus; sed rescindimus ex uoto dominorum Rotæ presentis.

LAVS DEO.

26970

M. 183389

